




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

~~Slavoniae~~

~~A. 165.~~

235
D 26

nietplakken

De ſurre
Regni

(boekbandnr. 1785 F 125)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

21. A mf

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26



LVGD. BAT.
Ex Officinâ Elzeuiriana,
ANNO cIↄIↄcxxvii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Koninklijke
Bibliotheek
Haag.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Sereniſſimo ac Potentiſſimo
PRINCIPI
CAROLO,
Dei gratia Magnæ Britanniæ, Franciæ & Hiberniæ Regi, fidei Defenſori, &c.

MAGNVM *eſt, Rex Illuſtriſſime, quod centum & ſeptem Regibus à Ferguſio primo regni conditore oriundis in regnum, non ſolum ab exterarum gentium imperio iam bis mille annis liberum, ſed etiam regnis ampliſſimis auctum, ſucceſſeris. Maius eſt, quod Spiritus Sanctus ſacroſanctam tuam perſonam virtutibus tot tantiſque parentibus ac regnis di-*

gnis ornaverit. Sed omnium longe maximum eſt, quod Rex Regum Maieſtatem tuam ex eorum Regum numero eſſe voluerit, quos Eccleſiæ ſuæ nutritios & Meretricis illius Babyloniæ hoſtes maxime omnium capitales prædeſtinavit. Nihil enim Maieſtati divinæ acceptius eſt, aut tua dignius, aut Reipub. Chriſtianæ utilius, quam ut, exterminata idolomania, Eccleſiam in libertatem vindices, eiuſque ſuperbiam retundas, à quo Imperatorum cervices, Regum diademata, iura denique divina omnia & humana conculcantur. Etenim Principes hoc nomine maxime in ſacris literis à Spiritu ſancto commendantur, quod Dei cultum corruptum vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

everſum reſtituerint, aut reſtitutum purum ac incolumem conſervarint. Nam & temporibus Prophetarum (*ut Auguſtinus ait*) omnes Reges, qui in populo Dei non prohibuerunt nec everterunt, quæ contra Dei præcepta fuerant inſtituta, culpantur; & qui prohibuerunt & everterunt ſuper aliorum merita laudantur. *Haud vanus ille Vates, qui Babylonis excidium prædixit, & prædicendo edixit Reges ſecundum ſe præcipuos ruinæ huius auctores fore.* Hi odio perſequentur meretricem, & ſolam reddent illam, & nudam, & carnes ejus comedent, & ipſam igne exurent. *Cœpit quidem caducum illud Purgatorium*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Romanorum iampridem in præceps ire, ruinamque in dies maiorem minatur, nec uſquam ante conſiſtet, quam ad interitum labatur. Cæperunt etiam Principes alii turrim illam Babylonis diſturbare, Romamque iam ruentem impellere: aliis Meretricem illam adhuc ſublevantibus, in cuius exitium omnes tandem conſpirabunt. Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant quod placitum eſt ei, & ut conſentiant, dentque regnum ſuum beſtiæ, donec compleantur verba Dei. *Atque hinc eſt quod Pſeudopropheta ille Romanus,* ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, καὶ ὁ ἀπολλύων, *Locuſtis illis Ieſuitis emiſſis, turbas, ſeditiones, bella, rebellia, & id genus*

nus alia, occulte excitet, nihilque non in Principum perniciem moliatur. Ex inteſtinis enim diſſidiis Regum ac regnorum interitum, & ex interitu certam ſibi impunitatem pollicetur. Et certe Rege ac ſubditis diſcordibus, dum nihil in commune conſulitur, ſed ad ſua quiſque conſilia tendit, Rempubl. diſſolvi, atque interire neceſſe eſt. Præclarum eſt illud Salvatoris noſtri: Omne regnum diſſidens adverſus ſeſe vaſtatur: & omnis urbs aut domus diſſidens adverſus ſeipſam, non ſtabit. *Principes quidem poſſunt, ſubditis omnibus invitis, nedum inconſultis, ex auctoritate ſibi divinitus conceſſa imperare: rectius tamen facere vi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

dentur, ſi ſpectatæ prudentiæ ac probitatis viros, Conſiliarios ſibi adſciſcant, regnumque ſummo omnium conſenſu, quoad fieri poteſt, adminiſtrent. Bene ab hiſtorico egregio dictum eſt: Nam vi quidem regere patriam, aut parentes, quamquam & poſſis, & delicta corrigas, tamen importunum eſt *Et iterum:* Ego ita comperi, omnia regna, civitates, nationes, uſque eo proſperum imperium habuiſſe, dum apud eos vera conſilia valuerunt: ubicunque gratia, timor, voluptas, ea corrupêre, poſt paulo imminutę opes, deinde ademptum imperium, poſtremo ſervitus impoſita eſt. *Sapienter ſapiens ille Salomon:*

Vbi

Vbi non ſunt prudentia conſilia corruit populus: ſalus autem eſt in amplitudine conſiliarii. *Licet profecto videre, ſi volumus replicare memoriam temporum, prudentiſſimos quoſque Principes prudentiſſimis Conſiliariis ad gubernandam fortunam ſuam uſos fuiſſe: iiſque omnia læta ac proſpera utplurimum eveniſſe: eos vero, qui contempta nobilitate, ad paucorum aſſentatorum nutum ac libidinem omnia circumegerunt, in extremas calamitates incidiſſe. Huius rei inſigne inter alia permulta habemus exemplum in Reboamo Rege Iſraëlitarum, qui, ſpreto Seniorum conſilio, quum ad Iuniorum quorundam ſententiam abiviſſet, maxi-*

mam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

mam regni ſui partem amiſit. Inviſa nemo imperia retinuit diu. Nec vero ulla vis imperii tanta eſt, quæ premente metu poſſit eſſe diuturna. Quem metuunt oderunt: quem quiſque odit, periiſſe expetit. Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus charitate non fuerit, armis enim arma irritantur. *Scite Auguſtinus:* Tria ergo neceſſaria hos qui dominantur habere oportet, terrorem ſcilicet, ordinationem, & amorem. Niſi enim ametur dominus & metuatur, ordinatio illius minime ſtare poterit. Per beneficia ergo & affabilitatem procuret ut diligatur: & per juſtas vindictas non propriæ injuriæ,
ſed
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

ſed legis Dei, ſtudeat ut metuatur. Illius Principis magnitudo ſtabilis, fundataque eſt, quem omnes tam ſupra ſe eſſe, quam pro ſe ſciunt.

Non ſic excubiæ, nec circumſtantia tela,
Quam tutatur amor.

Vnde nunquam ſatis laudandum illud Marci Principis apud Herodianum: Οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος οὐδὲν αὔταρκες πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν, οὔτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ προϋπάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια. μάλιστα δ᾽ ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μῆκος ἀκινδύνως ἤλασαν, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσταξαν. οὐ γὰρ οἱ ἐξ ἀνάγκης δουλεύοντες, ἀλλὰ

οἱ μετὰ πειθοῦς ὑπακούοντες ἀνύποπτοι, καὶ ἔξω κολακείας παραποιήτου δρῶντες τε καὶ πάσχοντες διατελοῦσιν, οὐδέποτε ἀφηνιάζουσιν, ἢν μὴ βίᾳ καὶ ὕβρει ἐπὶ τούτῳ ἀχθῶσι: Neque enim pecuniæ vis tyrannidis luxuriam explere, aut ſtipantia ſatellitum agmina tueri Principem poſſunt, niſi illi ipſi, quos regas, animum imperanti, benevolentiamque accommodent. Quippe demum diu, tutoque imperant, qui non metum ex crudelitate, ſed amorem ex bonitate civium ſuorum animis inſtillant. Neque enim quos ſervire neceſſitas coëgit, ſed quos obtemperare ſua quemque voluntas adegit, ij ſunt in agendo patiendoque à ſuſpi-

cione

cione omni, aſſentationeque vacui, numquamque imperium detrectant, niſi violenter, contumelioſeque ſint habiti. *Ea quidem eſt ſubditis* ingenita (*ut Curtii verbis utar*) erga Reges ſuos veneratio, *ut nunquam fere imperata facere recuſent, niſi iniuſta imperentur, aut iniuriis primum afficiantur.* Injuncta imperii munera (*ut de Britannis ſcribit Tacitus*) impigre obeunt, ſi injuriæ abſint: has ægre tolerant. *Ea etiam eſt Principum erga ſubditos ſuos paterna affectio, ut aliorum pravis conſiliis ſæpius quam ſuis peccent: de quibus præclare Seneca:* Monſtrabo tibi, cujus rei inopia la-

borant magna faſtigia, quid omnia poſſidentibus deſit: ſcilicet ille, qui verum dicat, & hominem inter mētientes ſtupentem, ipſaque conſuetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam veri perductum, vindicet à conſenſu, concentuque falſorum. Non vides, quemadmodum illos in præceps agat extincta libertas, & fides in obſequium ſervile ſubmiſſa, dum nemo ex animi ſui ſententia ſuadet, diſſuadetque, ſed adulandi certamen eſt, & unum omnium amicorum officium, una contentio, quis blandiſſime fallat? *Itaque ut Regibus ab omni iniuria in ſub-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

ditos abſtinendum eſt: ſic ab adulatoribus diligentiſſime cavendum: inprimis vero ab iis, qui privatim degeneres, in publicum extioſi, nihil ſpei niſi per diſcordias habent, vetera odêre, nova expetunt, odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent. *Sed bene habet, quod ea ſit Celſitudinis tuæ ſupra ætatem prudentia, cum ſumma pietate & ſtudio in Rempublicam coniuncta, ut ab iſtis impoſtoribus non ſit metuendum; quamdiu Pater ille miſericordiæ Deus, ſacratiſſimam tuam Maieſtatem, Patrem patriæ, nobis conſervet incolumem: quod ut quamdiutiſſime fiat, & vitæ huius peri-*

 culis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

culis ſumma cum laude & gloria defunctus, illam immortalis gloriæ coronam conſequaris, Deum Opt. Max. ex imis ſenſibus precor.

Majeſtatis tuæ

ſervus obſervantiſſimus,

ALEXANDER IRVINVS.

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

DE IVRE REGNI DIASCEPSIS

PRÆFATIO.

[a] OMnes homines natura æquales genuit, ſed variante meritorum ordine, alios aliis diſpenſatio occulta poſtponit. Ipſa autem diverſitas, quæ acceſſit ex vitio, recte eſt divinis judiciis ordinata, ut quia omnis homo iter vitæ non æque graditur, alter ab altero regatur. [b] Rationalem factum ad imaginem ſuam

 noluit

a *Greg. lib.* 21. *Moral. cap.* 11. b *Auguſt. lib.* 19. *de civit. Dei cap.* 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

noluit[*Deus*] niſi irrationabilibus dominari: non hominem homini, ſed hominem pecori. Inde primi juſti, paſtores pecorum magis quam Reges hominum conſtituti ſunt: ut etiam ſic inſinuaret Deus quid ordo poſtularet creaturarum, & quid exigat meritum peccatorum. *Si homines in ſua primæ integritate, & ſtatu (quod aiunt) innocentiæ permanſiſſent, neſcio quis Imperiorum uſus fuiſſet: unusquiſque ſibi ipſe Rex videbatur futurus, nec alium Legiſlatorem quam Deum & Naturam habiturus. Verum cum id obtineri non poſſet, eaque eſſet generis humani degeneris perverſitas, ut perruptis legum omnium vinculis nihil*

nihil ſibi reliquum ad ſummam impietatem faceret, Magiſtratibus opus erat: [a] ſine quorum prudentia ac diligentia eſſe civitas non poteſt: quorum deſcriptione omnis Reipub. moderatio continetur. *Hinc eſt hominis in homines imperium:* [b] ſine quo nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. [c] Τὸ γὰρ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι οὐ μόνον τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ καὶ τῶν συμφερόντων ἐστί: Regere enim & regi, non ſolum inter ea, quæ neceſſaria, ſed & utilia ſunt. [d] Ἐὰν γὰρ τὰ δικαστήρια ἀνέλῃς,

a *Cic. 3. de Legib.* b *Cic. ibid.* c *Ariſt. l. 1. Polit. c. 3.* d *Chryſoſt. ad popul. Antioch. homil. 6.*

πᾶσαν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀνεῖλες τὴν εὐταξίαν. καὶ ὥσπερ νηὸς τὸν κυβερνήτην ἐὰν ἀποστήσης, κατεπόντισας τὸ σκάφος· καὶ τὸν στρατηγὸν ἀναπαγάγης τοῦ στρατοπέδου, δεδεμένους τοῖς πολεμίοις παρέδωκας τοὺς στρατιώτας. οὕτω τῶν πόλεων τοὺς ἄρχοντας ἂν ἀνέλης, θηρίων ἀλόγων ἀλογώτερον βιωσόμεθα βίον, δάκνοντες ἀλλήλους, καὶ κατεσθίοντες, τὸν πενέστερον ὁ πλούσιος, τὸν ἀσθενέστερον ὁ δυνατώτερος, τὸν ἐπιεικέστερον ὁ θρασύτερος: Si enim judicialia ſuſtuleris tribunalia, omnem vitę noſtrę ordinem ſuſtuliſti. Et ſicut ſi gubernatorem à navi ſeparaveris, ſcapham ſubmerſiſti: & ſi ducẽ ab exercitu abducas, vinctos hoſtibus tradidiſti milites: ita ſi Principes de civitatibus abſtuleris,

feris irrationabilibus magis irrationabilem degemus vitam, alii alios mordentes, & devorantes, pauperiorem qui dives eſt, infirmiorē potentior, manſuetiorem audacior. *Hinc eſt illud Prophetæ:* [a] Temporibus illis non erat Rex in Iſraël: quiſque quod rectum videbatur in oculis ſuis faciebat: *Quamobrem,* [b] *ut ait Tacitus*, præſtat ſub malo Principe eſſe, quam ſub nullo,

[c] Ἀναρχίας γὰρ μεῖζον οὐκ ἔστι κακόν.
Αὕτη πόλεις ὄλλυσιν, ἥδ' ἀναστάτους
Οἴκους τίθησιν, ἥδε σὺν μάχῃ δορὸς
Τρο-

a *Iud.* 17. 6. & 21. 25. b *Tacit. lib.* 1. *Hiſt.* c *Sophocl.*

Τροπὰς καταῤῥήγνυσι, τῶν δ' ὀρ-
θουμένων
Σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρ-
χία.
Confuſione tetrius nullum
eſt malum.
Hæc perdit urbes, iſta per-
dit & domos
Vaſtaſque reddit, Martis in
certamine
Hæc terga vertit. rite ſed
parentium
Res ſervat atque vitam obe-
dientia.

Conſtituto autem inter mortales Imperio, unum vel plures ſummæ rerum præeſſe neceſſum eſt: illud Monarchia ſive Regnum, hoc ſtatus Optimatum aut Populi vocatur. Regnum igitur eſt unius

impe-

imperium: eſtq; Dei aut hominum. Huius quidem quod hominum eſt, varia genera ab Ariſtotele recenſentur[a] *: unum quidem Heroicorum temporum: alterum vero Barbaricum: tertium, quod vocant Aeſymnetiam: quartum Laconicum: quintum ubi unus omnium ſit dominus.* ὅταν ᾖ πάντων κύριος εἷς ὤν, ὥσπερ ἕκαστον ἔθνος, καὶ πόλις ἑκάστη τῶν κοινῶν τεταγμένη κατὰ τὴν οἰκονομικήν. Vbi unus omnium ſit dominus, quemadmodum gens quæq; & civitates ſingulę communium œconomica ratione conſtituta. *Sed omiſſis quatuor illis prioribus (cum nullam Reipubl. ſpeciem conſtituant) de hoc quinto tantum (quam Philoſophus*

a *Ariſt. lib.* 3. *Polit. cap.* 10. *&* 11.

loſophus παμβασιλείαν *appellat, nomine ſumpto à poteſtate omnium Regum) Divini Numinis auſpiciis dicendum erit.*[a] Περὶ δὲ τοῦ βασιλέως, τοῦ κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν πάντα πράττοντος ὅ τε λόγος ἐφέστηκε νῦν, καὶ ποιητέον τὴν σκέψιν. ὁ μὲν γὰρ κατὰ νόμον λεγόμενος βασιλεὺς, οὐκ ἔστιν εἶδος, καθάπερ εἴπομεν, πολιτείας: De Rege autem, qui ſuo omnia arbitratu agit, & nunc eſt ſermo, & videndum eſt. Nam Rex qui dicitur lege, non eſt, ut diximus, Reipubl. ſpecies.

---

a *Ariſt. lib. 3. Polit. cap. 12.*

CAP.

CAP. I.

De Regnorum cauſſa Finali.

[a] ἘΠειδὴ πᾶσαν πόλιν ὁρῶμεν κοινωνίαν τινὰ οὖσαν, καὶ πᾶσαν κοινωνίαν ἀγαθοῦ τινος ἕνεκεν συνεστηκυῖαν. τοῦ γὰρ εἶναι δοκοῦντος ἀγαθοῦ χάριν πάντα πράττουσι πάντες· δῆλον ὡς πᾶσαι μὲν ἀγαθοῦ τινος στοχάζονται. μάλιστα δὲ, καὶ τοῦ κυριωτάτου πάντων, ἡ πασῶν κυριωτάτη, καὶ πάσας περιέχουσα τὰς ἄλλας· αὕτη δ' ἐστὶν ἡ καλουμένη πόλις, καὶ ἡ κοινωνία ἡ πολιτική: Cum omnium civitatum cõmunitatem quandam videamus eſſe,omnemque communitatem boni cujuſdam cauſa conſtare: ejus enim quod ſpeciem boni habet gratia, omnes agunt omnia: perſpicuum eſt cum omnes bonum quoddam appetere, tum eam, quæ & ſit ſumma, & alias omnes com-

a *Ariſt. lib.* I. *Polit. cap.* I.

plectatur, id quod maxime & ſummum ſit bonum; hæc autem eſt ea, quæ dicitur civitas & civilis communitas. *a* Ut enim gubernatori curſus ſecundus, Medico ſalus, Imperatori victoria: ſic Moderatori Reipub. beata civium vita propoſita eſt, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. *b* Eo referenda ſunt omnia iis, qui aliis præſunt, ut ii, qui eorum imperio ſubſunt, ſint quam beatiſſimi. *Deus Opt. Max. Rex Regum in mundi hujus inferioris gubernatione nihil aliud niſi ſuam gloriam, & hominis (cujus gratia omnia alia creata ſunt) ſalutem intendit: eundemq; adminiſtrationis finem ſibi ipſe, & Regibus, aliiſq; Magiſtratibus, miniſtris ſuis proponit.* c Καὶ τούτου χάριν εἴσιν ἐξουσίαι, ἵνα εἰς εὔτακτον σύνταξιν τῆς τοῦ παντὸς κόσμου διοικήσεως, τὰ πάντα ἐκ Θεοῦ

καλῶς

---

a *Cic. ad Attic.* b *Idem ad Q. frat.* c *Epiphan. contr. Archont. hæreſ.* 40.

καλῶς καταταχθῆ καὶ οἰκονομηθῆ: Et hac de cauſa ſunt poteſtates, ut ad bonum ordinem gubernationis univerſi mundi omnia ex Deo bene diſponantur ac adminiſtrentur. a *Falſum eſt igitur quod ait Bellarminus Principem ſecularem habere pro fine temporalem & externam pacem Reipub. & ideo finem ſuum adeptum eſſe, quando Subditi quiete vivunt, ſive id faciant volentes, ſive inviti.*

CAP. II.

De Regnorum cauſſa Efficiente.

IMperium omne in creaturas Creatoris eſt, ejuſque beneficio cum aliis communicatum. Quamquam enim Deus ſibi ipſe ſufficientiſsimus, non minus ad omnia à ſe creata moderanda prudens, quam ad eadem ex nihilo creanda potens, nullius indiget: tamen ea eſt ejus erga genus humanum ſumma benignitas,

a *Bellar. de Rom. Pontif. lib.* 1. *c.* 7. & *lib.* 4. *cap.* 21.

tes, ut, ſua dignitate cum mortalibus, quoad fieri poteſt, communicata, homines in adminiſtrationis partem aſſumat. Itaq; ut rerum; ſic Regnorum omnium unus eſt autor & cauſa efficiens, Deus. Via tamen ad hoc regium faſtigium ſunt diverſæ. Alii enim vi & armis dominatum ſibi pepererunt: cujus rei exempla paßim in Hiſtoriis occurrunt. Et ſane ſi regnorum omnium originem altius repetamus vix aliam reperiemus quam à jure belli profectam. Alii viva Dei voce Reges deſignati: a *ut David, Hazaël, Iehu & alii. Alii populi ſuffragiis in Principes electi: cujus etiam rei varia exempla memoriæ prodita ſunt. Alii in purpura nati: & recte: nam præterquam quod certum eſt,* b *ut ait Tacitus,* minore diſcrimine ſumi Principem quam quæri, & pravas aliorum ſpes cohiberi ſi ſucceſſor non in incerto; *id videtur omnis regni proprie dicti proprium eſſe, ut jure hæreditario tranſ-*

---

a *Sam.* 16. & 1. *Reg.* 19. b *Tacit. lib.* 2. & 3. *Hiſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

tranſmittatur in poſteros: quod quidem apud Iſraëlitas inſtitutione divina; apud alias vero Gentes jure Gentium olim obſervatum fuit, & in hunc uſque diem obſervatur. Deus enim regnorum omnium autor numquam Sceptrum alicui dediſſe legitur, quod ad ejus hæredes pervenire noluerit: licet donationem ob donatarii ingratitudinem nonnunquam revocârit. Alii denique aliis modis, ut ab Hiſtoricis traditum eſt, principatum obtinuerunt. Verumenimvero ſive his ſive aliis quibuſcunque modis regna acquirantur, certum eſt Reges non aliunde quam à Deo quicquid juris habent accipere.

a Bellarminus hariolatur poteſtatem Politicam jure divino ſeu naturali immediate eſſe tamquam in ſubjecto in tota multitudine, & ab ea in unum vel plures eodem jure naturæ transferri. Sed fallit certe aut fallitur. Nam jus hoc vitæ & necis nemini à natura datum eſt. b Nemo

a Bellar. de Laic. c. 6. b l. liber homo D. ad leg. Aquil.

dominus membrorum ſuorum videtur: multo minus alterius. Solus Deus, qui vitam mortalibus largitus eſt, ejuſdem adimendæ poteſtatem habet: aut iÿ, quibus id ſpeciali Dei benignitate conceſſum eſt. a Quin etiam ſanguinem veſtrum, *inquit Dominus*, animarum veſtrarum repoſcam; ab omni beſtia repoſcam illum: adeoque de manu ipſius hominis, de manu cujuſque fratris ipſius, repoſcam animam hominis. Qui effundit ſanguinem hominis, per hominem ſanguis illius effunditor: quoniam ad imaginem ſuam hominem fecit Deus. *Hinc eſt etiam illud Dei & Naturæ præceptum:* b*Ne occidito. Quod ſi autem hæc poteſtas hominibus à natura tribueretur, uni profecto potius quam omnibus daretur: nam unius imperium, judice* c *Bellarmino, eſt optimum & maxime ſecundum naturam; multitudinis vero peſſimum: Natura autem in ſingulis (ut volunt Philo-*

---

a *Geneſ.* 5. & 6. b *Exod.* 20. 13. c *Bellarm. de Rom. Pontif. lib.* 1. *cap.* 2.

Philoſophi) intendit, quod optimum eſt. Extra ſocietatem Politicam, certamque aliquam gubernationis Civilis formam, nulla datur hominibus poteſtas Politica ſive Civilis. Omnes autem conſentiunt a omnes antiquas gentes Regibus primum paruiſſe: b idque in terris nomen imperii primum fuiſſe. c *Bellarminus:* Præterea quod longe vetuſtiora ſunt regna quam reſpublicæ: Principio rerum (inquit Iuſtinus lib. 1.) gentium, nationumque imperium penes Reges erat. *Neceſſe eſt igitur Reges non à multitudine aut hominibus, ſed à Deo Regum Rege poteſtatem accepiſſe.* d Nemo enim plus juris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet. *Nec obſtat quod Principes ab hominibus nonnunquam (ut dixi) eligantur: ſæpius autem aut ſemper inaugurentur. e Hinc eſt quod Petrus Regem appellet ἀνθρω-*

---

a *Cic.* 3. *de legib.* b *Salluſt. de Conjur. Catil.* c *Bellar. de Rom. Pontif. l.* 1. *c.* 2. d. *l. Nemo* 54. *D. de Regul. Jur.* e 1. *Pet.* 2. 13.

πάνλω κτίζιν, humanam ordinatio- nem; *nec diſſentiat à Paulo, dicente:* a Non enim eſt poteſtas niſi à Deo: & quæ ſunt poteſtates ſunt à Deo or- dinatæ.

Legimus quidem in Sacris literis po- teſtatem Politicam non ſolum in genere conſideratam, b ut vult Bellarminus, ſed etiam in particulari Regibus à Deo immediate dari: de iſta vero multitu- dinis poteſtate in Reges tranſlata nul- lam fieri mentionem, ne γρῦ quidem vi- demus.

Samuel Saulem Regem ſic alloquitur: c Laceravit Iehova regnum Iſraëlis à te hodie; ut det ipſum proximo (*ſcilicet Davidi*) qui melior eſt te. d Tum dixit Nathan Davidi, tu vir ille es: ſic ait Iehova Deus Iſraëlis, Ego unxi te in Regem ſuper Iſraë- lem, & ego te eripui è manu Schau- lis. Præterea tradidi tibi domum Dominorum tuorum, etiam uxores Domi-

a *Rom.* 13. b *Bellarm. de Laic. cap.* 6. c 1. *Sam.* 15. 28. d 2. *Sam.* 12. ℣. 7. & 8.

Dominorum tuorum, ad votum tuum, denique tradidi tibi domum Iſraëlis & Iehudæ, &c. *a* Quapropter (*inquit Schelomo*) nunc ut vivit Iehova, qui ſtabilivit me, & collocavit me in ſolio Davidis patris mei, &c. *b* Et dixit Iehova Schelomoni, eo quod fuit hoc apud te, quod non obſervaſti fœdus meum, & ſtatuta mea, quæ præcepi tibi: omnino lacerabo hoc regnum à te, & tradam ſervo tuo. *Hæc & multa alia hujuſmodi in Sacris voluminibus habentur.*

Unde Irenæus : *c* Ad utilitatem gentilium terrenum regnum poſitum eſt à Deo: cujus enim juſſu homines naſcuntur, hujus juſſu & Reges conſtituuntur, apti iis, qui in illo tempore ab ipſis regantur.

Tertullianus in eandem ſententiam: *d* Inde eſt Imperator, unde & homo antequam Imperator: inde poteſtas illi, unde & ſpiritus. *Et paulo poſt:* Nos

---

a 1.*Reg.*2.24. b 1.*Reg.*11.11. c *Iren.lib.* 5. *adverſ.hæreſ.* d *Tertull. in Apologet.*

Nos judicium Dei ſuſpicimus in Imperatoribus, qui gentibus illos præfecit. *Et alibi:* *a* Colimus ergo Imperatorem ſic, quomodo & nobis licet, & ipſi expedit, ut hominem à Deo ſecundum, & quicquid eſt à Deo conſecutum, ſolo Deo minorem, &c:

Hoſius Epiſcopus Cordubenſis ad Conſtantium Imper. *b* Tibi Deus imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit: & quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit contradicit ordinationi divinæ, &c.

c Super Imperatorem, *ut ait Optatus,* non eſt niſi ſolus Deus, qui fecit Imperatorem.

Præclare Patres Concilii Pariſienſis: *d* Nemo Regum à progenitoribus regnum ſibi adminiſtrari, ſed à Deo vera-

a *Idem ad Scapul. præſ. Carthag.* b *Athanaſ. epiſt. ad ſolit. vit. agent.* c *Optat. lib. 3. contr. Parmenianum.* d *Concil. Pariſ. lib. 2. cap. 5.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

veraciter atque humiliter credere debet dari, qui dicit: Meum eſt conſilium & æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo: per me Reges regnant & legum conditores juſta decernunt: per me Principes imperant, & poteſtates juſtitiam diſcernunt. Quod autem non ab hominibus, ſed à Deo regnum terrenum tribuatur, Daniel Propheta teſtatur dicens: In ſententia vigilium decretum eſt, & ſermo ſanctorum & petitio, donec cognoſcant viventes, quod dominatur Excelſus in regno hominum, & cuicunque voluerit dabit illud, & humillimum hominem conſtituet ſuper illud. Item idem loquens de Nabuchodonoſor ad Balthazar: Donec cognoſceret, inquit, quod poteſtatem haberet Altiſſimus in Regno hominum, & quemcunque voluerit ſuſcitabit ſuper illud. Et per Hieremiam: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Hæc dicetis ad Dominos veſtros: Ego feci terram & hominem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

& jumenta, quæ ſunt ſuper faciem terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extenſo, & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis. Hi vero qui à progenitoribus ſibi ſuccedere regnum terrenum, & non potius à Deo dari putant, illis aptatur quod Dominus per Prophetam improbat, dicens: Ipſi regnaverunt & non ex me, Principes extiterunt, & non cognovi. Ignorare quippe Dei proculdubio reprobare eſt. Quapropter quiſquis cæteris mortalibus temporaliter imperat, non ab hominibus, ſed à Deo regnum ſibi commiſſum credat.

Bellarminus Magiſtratus autoritatem adverſus Anabaptiſtas, alioſq; nonnullos aſſerens, inquit: a Hic error facile refellitur. Primo Scripturis, Sapient. 6. A Domino data eſt poteſtas vobis, & cum eſſetis miniſtri regni illius non recte judicâſtis. Iſai. 45. Hæc dicit Dominus Chriſto meo

a *Bellar. de Laic. cap.* 6. *&* 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

meo Cyro. Hieremiæ 27. Ego dedi, inquit Dominus, omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis, &c. Daniel. 2. Tu es Rex Regum, & Deus cœli dedit regnum tibi. Et Rom. 13. & 1. Petr. 2. Apoſtoli Petrus & Paulus docent Regum poteſtatem eſſe à Deo, & illis obediendum, cum tamen nulli tunc eſſent Reges niſi infideles. Secundo ex Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 8. & 15. ubi hunc errorem Eccleſia damnavit. Tertio ex Auguſtino, qui lib. 5. de civitate Dei cap. 21. Quæ cum ita ſint, inquit, non tribuamus dandi regni atque imperii poteſtatem, niſi Deo vero, qui dat fælicitatem in regno cœlorum non niſi ſolis piis: regnum vero terrenum & piis & impiis, ſicut ei placet, cui nihil injuſte placet. Et infra: Qui dedit, inquit, Mario, ipſe & Cæſari: qui Auguſto, ipſe & Neroni: qui Veſpaſianis, vel patri, vel filio, ſuaviſſimis Imperatoribus, ipſe & Domitiano crudeliſſimo. Et ne per ſingulos ire ne-

ceſſe ſit, qui Conſtantino Chriſtiano, ipſe Apoſtatæ Iuliano. *Idem alibi adverſus Canoniſtas & quoſdam alios:* a Denique probatur ex confeſſione Pontificum. Leo epiſt. 38. ad Martianum, fatetur Imperatorem Martianum à Deo ad imperium eſſe electum; & epiſt. 43. ad eundem, fatetur auctorem imperii Martiani Deum eſſe. Et ſimilia in omnibus fere epiſtolis ad Theodoſium, Martianum, & Leonem ſibi invicem ſuccedentes Imperatores ſcribit. Gelaſius in epiſt. ad Anaſtaſium Imp. quæ habetur etiam in Decreto Diſt. 96. can. Duo ſunt: Duo ſunt, inquit, Imperator Auguſte, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas ſacra Pontificum & regalis poteſtas, &c. Ubi notandum eſt, Gelaſium non loqui ſolum de exequutione, ſed de ipſa poteſtate, & auctoritate, ne dicant adverſarii (ut ſolent) Papam quidem habere utram-

a *Bellar. de Rom. Pont. lib. 5. cap. 3.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

utramque poteſtatem, ſed exequutionem aliis demandare Gregorius lib. 2. epiſt. 61. ad Mauritium: Poteſtas, inquit, ſuper omnes homines Dominorum meorum pietati cœlitus data eſt. Et clariſſime Nicolaus in epiſt. ad Michaëlem: Nolite præjudicium Dei Eccleſiæ irrogare. Illa quippe nullum imperio veſtro præjudicium infert. Et infra: Idem mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus ſic actibus propriis, & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis utriuſque diſcrevit, ut & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur. Hic etiam Pontifex non de ſola exequutione, ſed de poteſtate & dignitate loquitur. Et etiamſi de ſola exequutione loqueretur, id nobis ſufficeret. Nam quicquid Imperatores habent dicit Nicolaus à Chriſto eos habere, &c.

Ex quibus omnibus perſpicuum eſt

Reges omnes & ſingulos non multitudini aut hominibus, ſed Deo ſoli Regum Regi quicquid juris habent acceptum ferre.

CAP. III.

De Regnorum cauſſa Materiali.

EXplicatis ad hunc modum Regni cauſis externis, Finali & Efficiente; ſequitur ut de Materiali & Formali, internis dicamus. Regnum omne conſtat ex Rege & Subditis, quibus velut partibus integrantibus abſolvitur, & ſine quibus nullum omnino poteſt eſſe. Vocabulum REX πολύσημον *eſt, totidemque modis dicitur, quot* REGNVM: *nos vero utrumque eodem ſenſu hic accipimus. Subditos voco omnes & ſingulos infra regni fines habitantes, cujuſcunque ætatis, ſexus, aut conditionis ii fuerint.*

CAP. IV.

De Regnorum cauſſa Formali, & inde uſque ad finem libri.

C*Vm Rex & Subditi ſint ex eorum numero, quæ* τὰ πρός τι *ſive Relata à Philoſophis vocantur, oportet Regni cauſam formalem conſiſtere in ordine illo, qui eſt inter Regem & Subditos: quo ille præeſt, hi ſubſunt.* a ἡ δὲ πολιτεία τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων ἐστὶ τάξις τις: reſpublica autem eſt quædam civitatem incolentium deſcriptio ſive ordo. *Rex quidem præeſt ſecundum poteſtatem ſibi divinitus (ut dixi) conceſſam. Quid ſit autem hæc Poteſtas non eadem omnium videtur eſſe opinio.*

b Itaque indixit Schemuel omnia verba Iehovæ populo, petentibus à ſe Regem: ac dixit, hęc erit ratio ipſa Regis, qui regnabit ſuper vos; filios veſtros accipiet ut ſibi diſponat

a *Ariſt. lib.* 3. *Polit. cap.* 1. b 1. *Sam.* 8. *verſ.* 10. *& ſeq.*

in curribus ſuis & in equitibus ſuis, & currant ante currum ſuum: & ad diſponendum ſibi chiliarchos, & præfectos quinquagenis; & ad arandum arva ſua, & ad metendum meſſem ſuam, & ad faciendum inſtrumenta bellica ſua, & inſtrumenta curruum ſuorum. Similiter filias veſtras accipiet; in unguentarias, in coquas, & in piſtrices: etiam agros veſtros, & vineas veſtras, ac oliveta veſtra optima accipiet; & dabit ſervis ſuis. Semina quoque veſtra, & vineas veſtras decimabit; & dabit aulicis primoribus ſuis & ſervis ſuis. Servoſque veſtros, & ancillas veſtras, ac juvenes veſtros præſtantiſſimos, & aſinos veſtros accipiet; adhibebitque ad opus ſuum. Greges veſtros decimabit, denique vos eritis ei ſervi. *Quidam putant jura Majeſtatis hic à Samuele deſcribi: ſed fallunt certe aut falluntur. Deus enim conſtitutis ſub ſe Iudicibus, peculiari modo Iſraelitis (quod nulli alii nationi umquam obtigit) Regem jam, qualem vi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

cinæ gentes habebant, petentibus Rex ipſe præfuit. *a* Auſculta (*inquit Dominus Samueli*) voci populi hujus: nam non te ſolum, ſed me ſpreverunt, ne regnem ſuper eos. *Samuel igitur, jubente Domino, quo iſtorum temeritatem redargueret, hominis hujus (quem in locum Dei ſibi præfici cupiebant) adeoque Regum omnium ſub hujus perſona impunitam graſſandi licentiam deſcribit. Quaſi diceret Propheta: eo ſe proripiet licentiæ Regum libido, quam cohibere veſtrum non erit: quibus hoc reſtabit unum, juſſa excipere, ac dicto audientes eſſe.* *b* Adeo (*inquit*) ut clamaturi ſitis die illa propter Regem veſtrum, quem elegeritis vobis, ſed non exaudiet vos Iehova die illa. *Reges enim legum humanarum pœnis exempti Deum ſolum judicem habent & ultorem.* *c* Legis virtus (*ut Modeſtinus ait*) hæc eſt, imperare, vetare, permittere,

a *ibid. verſ. 7.* b *ibid. verſ. 18.* c *l. Legis virtus D. de legib.*

mittere, punire. a *Nemo autem ſibi ipſe imperare; aut à ſe ipſo cogi poteſt; aut ita legem dicere, ut ab ea recedere non liceat. Leges dantur inferioribus à ſuperioribus. Sed nemo ſe ipſo ſuperior & inferior eſt. Impoßibile eſt ergo Regem legibus ſuis teneri: multo minus Deceſſorum ſuorum aut Populi:* b *nam par in parem non habet imperium: multo minus inferior in ſuperiorem. Tres ſunt Civilis gubernationis formæ, Monarchia, Ariſtocratia, & Democratia.* c Ἀνάγκη δ᾽ εἶναι κύριον ἢ ἕνα, ἢ ὀλίγους, ἢ τοὺς πολλούς: Neceſſe eſt principem eſſe vel unum, vel paucos, vel multos. d Nam cunctas nationes & urbes (*ut ait Tacitus*) populus aut primores, aut ſinguli regunt. *Quemadmodum in Ariſtocratia & Democratia neceſſe eſt ſummum imperium penes paucos, aut multos eſſe: ſic*

a *Ille à quo* §. *Tempeſtivum D. ad Sc. Trebell.* b *l.* 4. *D. de recept. qui arbit.* c *Ariſt. lib.* 3. *Polit. cap.* 5. d *Tacit. lib.* 3. *Hiſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

ſic in Monarchia penes unum ſolum; cujus legibus omnes alii teneantur, ipſe autem nullius niſi ſolius Dei: alioqui enim Monarchia non eſt, ſed Polyarchia, ſtatus nimirum Optimatum aut Populi.

Rex ſubjectus legibus, teſte Philoſopho, ut diximus, non eſt Reipub. ſpecies. a ὁ μὲν γὰρ κατὰ νόμον λεγόμενος βασιλεὺς, οὐκ ἔστιν εἶδος, καθάπερ εἴπομεν, πολιτείας.

Cicero Dejotarum Regem apud Cæſarem defenſurus ab inſolentia & novitate rei ſic orditur: b Cum in omnibus cauſis gravioribus, Cæſar, initio dicendi commoveri ſoleam vehementius, quam videtur vel uſus, vel ætas mea poſtulare: tum in hac cauſa ita me multa perturbant, ut, quantum mea fides ſtudii mihi afferat ad ſalutem Regis Dejotari defendendam, tantum facultatis timor detra-

---

a *Ariſt. lib. 3. Polit. cap. 12.* b *Cic. Orat. pro Dejot.*

dettahat. Primum dico pro capite, fortuniſque Regis: quod ipſum etſi non iniquum eſt, in tuo duntaxat periculo: tamen eſt ita inuſitatum Regem capitis reum eſſe, ut ante hoc tempus non ſit auditum.

C. Memmius vir popularis, & potentiæ nobilitatis maxime infeſtus in eandem ſententiam: a Nam impune quælibet facere, id eſt, Regem eſſe.

Vlpianus: b Princeps legibus ſolutus eſt.

Dio Vlpiani coætaneus: c Λέλυνται γὰρ τῶν νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ Λατινικὰ ῥήματα λέγει· τοῦτ' ἔστιν ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεως εἰσὶ, καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται: Soluti enim ſunt legibus, ut verba ipſa Latina ſonant: hoc eſt ab omni legum neceſſitate, ſive neceſſaria legum obſervatione liberi ſunt, nec

---

a *Salluſt. de Bello Iugurth.* b *l. Princeps D. de legib.* c *Dio lib.* 53.

nec ullis ſcriptis legibus obſtringuntur.

Conſtantinus Harmenopolus Græcus interpres: a ὁ βασιλεὺς νόμοις οὐχ ὑπόκειται, ἤγουν ἁμαρτήσας οὐ κολάζεται: Rex legibus non ſubjicitur, videlicet ſi delinquat non punitur.

Huc accedit communis Iuris utriuſque interpretum conſenſus, uno ore affirmantium Principem ſoli Deo habere de peccato reddere rationem, & ſoli cœlo debere innocentiæ rationem.

Præclare Salomon: b Ubicunque verbum Regis eſt, ibi dominatio: ecquis dicat ei, quid facis?

Alter Sapiens: c Audite igitur Reges, & intelligite, diſcite, ô Iudices extremitatum terræ: auribus percipite dominatores multitudinis, & ſuperbientes de turbis nationum. Nam data eſt à Domino potentia vobis, & poteſtas ab Altiſſimo, qui quæ-

---

a *Conſtant. Harm. lib.* 1. *Epit. tit.* 1.
b *Eccleſ.* 8. 3. c *Sap.* 6.

quæſtionem habebit de operibus veſtris, & conſilia perſcrutabitur, &c.

Irenæus: a Mundi Principes indumentum juſtitiæ leges habentes, quæcunque juſte & legitime fecerint, de his non interrogabuntur, neque pænas dabunt: ſi quæ vero ad everſionem juſti, & contra legem more tyrannico exercuerint, in his judicio Dei reſervantur, Deo nempe ſoli peccantes, de his, quæ Regibus à Deo commiſſa ſunt, Deo rationem reddunt.

Tertullianus: b Nos enim pro ſalute Imperatorum Deum invocamus æternum, Deum verum, & Deum vivum, quem & ipſi Imperatores propitium ſibi præter cæteros malunt. Sciunt quis illis dederit imperium, ſciunt quis homines, quis & animas: ſentiunt Deum eſſe ſolum, in cujus ſolius poteſtate ſunt, à quo ſunt ſecundi, poſt quem primi,

a *Irenæus lib. 5. adverſ. hæreſ.* b *Tertull. in Apologet.*

primi, ante omnes Deos, & ſuper omnes homines.

Hieronymus Davidem poſt cumulatum adulterio homicidium pœnitentiam agentem dixiſſe ait : a Tibi ſoli peccavi, quia Rex erat, & alium non timebat.

Ante Hieronymum Ambroſius : b Peccavit David, quod ſolent Reges: ſed pœnitentiam geſſit, flevit, ingemuit, quod non ſolent Reges. Quod erubeſcunt facere privati, Rex non erubuit confiteri. Qui tenentur legibus audent ſuum negare peccatum, dedignantur rogare indulgentiam, quam petebat, qui nullis tenebatur legibus humanis. Rex utique erat, nullis ipſe legibus tenebatur: quia liberi ſunt Reges à vinculis delictorum. Neque enim ad pœnam vocantur legibus tuti imperii poteſtate. Homini ergo

E non

---

a *Hieronym. epiſt. 46. ad Ruſtic. Pſal.* 50. b *Ambroſ. Apolog. David. cap.* 4. & 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

non peccavit, cui non tenebatur ob-noxius.

Auguſtinus: a Quanto ergo me-lius ipſe Imperator, qui non eſt eiſdem legibus ſubditus, & qui ha-bet in poteſtate alias leges ferre. *Et alibi: b* Iudicibus ſtatutum eſt, ne liceat in reum datam ſententiam revocare. Nunquid & ipſe Impe-rator ſub hac erit lege? nam ipſi ſoli licet revocare ſententiam, & reum mortis abſolvere, & ipſi igno-ſcere.

Gregorius Archiepiſcopus Turonen-ſis Chilpericum Francorum Regem his verbis alloquitur: c Si quis de no-bis, ô Rex, juſtitiæ tramittes tran-ſcendere voluerit, à te corripi poteſt: ſi vero tu exceſſeris, quis te corripiet? Loquimur enim ti-bi, ſed, ſi volueris, audis: ſi au-tem nolueris, quis te damnabit, niſi

a *Auguſt. epiſt.* 68. b *Auguſt. de Fa-to.* c *Greg. lib.* 5. *Hiſt. cap.* 17. *& Ai-moin. lib.* 3. *cap.* 26.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

niſi is, qui ſe pronunciavit eſſe juſtitiam?

Otto Epiſcopus Friſingenſis ad Fredericum Oenobarbum: a Præterea cum nulla inveniatur perſona mundialis, quæ mundi legibus non ſubjaceat, ſubjacendo coërceatur, ſoli Reges, utpote conſtituti ſupra leges, divino examini reſervati, ſeculi legibus non cohibentur. Unde eſt illud tam Regis quam Prophetæ teſtimonium: Tibi ſoli peccavi. Decet ergo Regem non ſolum animi magnanimitate nobilitatum, ſed & ad cognoſcendum Creatorem ſuum divina gratia illuminatum, Regem Regum, Dominum Dominantium Deum præ mente habere, & ne in manus ejus incidat, quantum poteſt, modis omnibus præcavere. Cum enim juxta Apoſtolum omni mortali horrendum ſit incidere in manus Dei viven-

a *Otto in epiſt. ad Fred. Oenob. præf. Chronic.*

viventis: Regibus tamen, qui nullum præter ipſum ſupra ſe habent, quem metuant, eo erit horribilius, quo ipſi cæteris poſſunt peccare liberius.

Unde coarguitur eorum inſcitia, qui cenſent Papæ aut populo aut primoribus jus eſſe Reges in ordinem redigendi. a Et ſi legitima cauſa adſit (*inquit Bellarminus*) poteſt multitudo mutare Regnum in Ariſtocratiam aut Democratiam, & è contrario, ut Romæ factum legimus. *Nulla profectò cauſſa abſque expreſſo Dei mandato dici aut excogitari poteſt, qua ſubditis ſuum Regem, quantumvis flagitiis omnibus & facinoribus coopertum, de ſolio detrahere, aut detractum trucidare, aliove modo coërcere liceat. Id quidem Romæ factum fuiſſe non negamus: ſed quo jure, ipſe viderit.* b Non tam ſpectandum eſt (*ut monent nos leges Romanæ*) quid Romæ factum eſt, quam

a *Bellar. de Laic. cap. 6.* b *l. Sed licet D. de offic. praſ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

quam quid fieri debeat. a *Bellarminus vero affirmat Regem ſupra populum eſſe, nullumque alium ſuperiorem in temporalibus præter Deum recognoſcere.*

Sed ut eo, unde egreſſa eſt, referat ſe oratio; jus Regis in populum à Samuele vocatur, cui parere ipſi neceſſe eſſet, nec obſiſtere liceret: non quod jure Rex id facturus erat, cui lex divina imperii modum longe diverſum præſcribebat. b Verum tamen ne multiplicato ſibi equos; neque facito ut populus revertatur in Ægyptum ad multiplicandum equos: cum Iehova edixerit vobis ne deinceps redeatis per viam hanc amplius: neque multiplicato ſibi uxores, ut non recedat animus ejus à me: argentum quoque & aurum ne multiplicato ſibi admodum. c ElectusRex David (*ut ait Gregorius*) cum ad ędificandum altareDomino,

a *Bellar. de Rom. Pontif. lib.2. cap.* 17. & *lib.5 .cap.*3. b *Deut.* 17.16. c *Gregor. lib.4.cap.2. in* 1.*Reg.*

Ornam Iebuſæi aream peteret, regio illo tyrannnorum jure non uti voluit. a *Ahab quidem Rex impius nullum tale jus ſibi vendicavit; cum Nabothi vineam juſto pretio, aut alterius melioris permutatione voluit acquirere. Verum dum eidem recuſanti conditionem vitam una cum vinea, confićto crimine, eripuit, hanc Samuelis prophetiam implevit, meritaſque impietatis ſuæ pœnas Deo dedit.*

CAP. V.

De jure Regum in ſubditos.

CErto certius eſt non licere Regibus ſubditorum bona pro libidine ſua auferre: multo minus ipſos tanquam mancipia in ſervitutem rapere, aut per potentiam injuſte opprimere. Vectigalia quidem (quæ vulgo dicũtur telonia) ripatica, navium præſtationes, mulctarũ, pœnarumq; compendia, bona vacantia, bona condemnatorum & proſcriptorũ, aliaq; (quæ b Regalia *appellantur) Regibus cũ ad ſplendorẽ domeſti-*

a 1. *Reg.* 21. b *Feud. lib.* 4. *tit.* 56.

domeſticum, tum ad publica muneris ſui onera ſuſtinenda, optimo jure debētur.

Poſſunt etiam Principes ſubditorum bonis ac opera ad Reipub. ſalutem uti, tributa & id genus alia exigere, leges omnibus & ſingulis perſuaſis vel etiam invitis imponere, omnia denique, quæ juri divino ſeu naturali non repugnant, imperare. Salvator noſter interrogantibus Phariſæis, licet cenſum dare Cæſari, annon? *inſpecto nummo, cui Cæſaris imago impreſſa erat, reſpondit: a* Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. *Et Paulus ad Romanos: b* Reddite igitur omnibus quod debetis: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. *Idem ad Titum: c* Suggere ipſis, ut ſeſe ſubjiciant Principibus ac Poteſtatibus, ut obtemperent, ut ad omne opus bonum ſint parati.

d Ad Reges enim (*ut ait Seneca*)

a *Matth.* 22. b *Rom* 13. c *Tit.* 3. d *Sen. lib.* 7. *de Benef. epiſt.* 4. & 5.

poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas. Omnia Rex imperio poſſidet, ſinguli dominio. Cæſar omnia habet, Fiſcus ejus privata tantum, ac ſua: & univerſa in imperio ejus ſunt, in patrimonio propria.

Recte Cicero: *a* Danda etiam opera eſt, ne, (quod apud majores noſtros ſæpe fiebat) propter Ærarii tenuitatem, aſſiduitatemque bellorum, tributum ſit conferendum: idque ne eveniat, multo ante erit providendum: ſin qua neceſſitas hujus muneris alicui Reipub. evenerit (malo enim * alteri, quam noſtræ ominari, neque tamen de noſtra, ſed de omni Repub. diſputo) danda erit opera, ut omnes intelligant (ſi ſalvi eſſe velint) neceſſitati eſſe parendum.

Nec quies gentium (*b inquit Tacitus*) ſine armis, nec arma ſine ſtipen-

a *Cicer. Offic. lib. 2.* * *alienæ.* b *Tacit. lib. 4. hiſt.*

pendiis, nec ſtipendia ſine tributis haberi queunt.

Principio rerum, gentium, natio̅numque, a *ut tradit Iuſtinus*, imperium penes Reges erat: quos ad faſtigium hujus majeſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio provehebat. Populus nullis legibus tenebatur: arbitria Principum pro legibus erant.

Pomponius in eandem ſententiam: b Et quidem initio civitatis noſtræ, omnia manu à Regibus gubernabantur.

Et Ulpianus: c Quod Principi placuit legis habet vigorem: utpote cu̅ lege regia, quæ de imperio ejus lata eſt, populus ei & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem conferat. Quodcunque igitur Imperator per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decrevit, vel de plano interlocutus eſt, vel edicto præcepit,

a *Iuſtin.lib.* 1. *hiſt.* b *l.*2.*D. de orig.jur.* c *l.*1.*D. de conſtit. Princip.*

cepit, legem eſſe conſtat: hæc ſunt, quas vulgo conſtitutiones appellamus.

Iuſtinianus Imper. Demoſtheni P.P. a Si Imperialis majeſtas cauſam cognitionaliter examinaverit, & partibus comminus conſtitutis ſententiam dixerit: omnes omnino judices, qui ſub noſtro imperio ſunt, ſciant hanc eſſe legem non ſolum illi cauſæ, pro qua producta eſt, ſed & omnibus ſimilibus. Quid enim majus, quid ſanctius imperiali eſt majeſtate? vel quis tantæ ſuperbiæ faſtidio tumidus eſt, ut regalem ſenſum contemnat: cum & veteris juris conditores conſtitutiones, quæ ex imperiali decreto proceſſerunt, legis vim obtinere aperte dilucideque definiant? *Et paulo poſt*: Si enim in præſenti leges condere ſoli Imperatori conceſſum eſt; & leges interpretari, ſolo dignum imperio eſſe oportet.

Vnde

a *l. Si imperialis* 12. *C. de legib. & conſtit. Princip.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Vnde ſic concludit: Exploſis itaque his ridiculoſis ambiguitatibus, tam conditor quam interpres legum ſolus Imperator juſte exiſtimabitur: nihil hac lege derogante veteris juris conditoribus: quia & eis hoc majeſtas imperialis permiſit.

a Per me (*inquit Sapientia illa æterna Dei*) Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt. *Vnde Auguſtinus, cujus ſententia inter Canones refertur: b* Quo jure defendis villas Eccleſiæ? Divino, an humano? Divinum jus in Scripturis habemus, humanum jus in legibus Regum. *Et non longe poſt:* Iure ergo humano, jure Imperatorum: quare? Quia ipſa jura humana per Imperatores & Reges ſeculi Deus diſtribuit generi humano. *Et alibi: c* Si enim Regi licet in civitate, in qua regnat, jubere ali-

a *Proverb.* 8. b *Auguſt. tract.* 6. *in cap.* 1. *Evang. Ioan. & habetur Diſt.* 8. *can. Quo Iure.* c *Auguſt. lib.* 3. *confeſſ. cap.* 8. *& refertur Diſt.* 8. *can. Quæ contra.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

re aliquid, quod neque ante illu
quiſquam, nec ipſe umquam juſſ
rat, & non contra ſocietatem civ
tatis ejus obtemperatur, imo cont
ſocietatē non obtemperatur (gen
rale quippe pactum eſt ſocietatis h
manæ obedire Regibus ſuis) quan
magis Deo, regnatori univerſæ cre
turæ ſuæ, ad ea quæ juſſerit, ſine du
bitatione ſerviendum eſt?

a *Ariſtoteles docet omnium Rerum*
public. tres eſſe partes : unam quide
τὸ βουλευόμενον περὶ τῶν κοινῶν
quæ de Repub. conſultat : alteram ve
τὸ περὶ τὰς ἀρχάς, *quæ in Magiſtr*
tibus cernitur : tertiam denique τὸ
δικάζον, quæ in judiciis. Κύριον δ
ἐστὶ τὸ βουλευόμενον περὶ πολέμου,
εἰρήνης, καὶ συμμαχίας, καὶ διαλύ
σεως, καὶ περὶ νόμων, καὶ περὶ θανάτου
καὶ φυγῆς, καὶ δημεύσεως, καὶ τῶν εὐ
θυνῶν : Princeps autem eſt ea, qu
con

a *Ariſt. lib. 4. Polit. cap. 14.*

conſultat de bello, & pace, & ſocietatibus, & fœderibus, & legibus, & morte, & exilio, & bonis publicandis, & rationibus referendis. *Idem tamen alibi has tres partes ad duas revocare videtur, his verbis.* a Εἰσὶ γὰρ αἱ πράξεις τῆς πόλεως, τῶν μὲν ἀρχόντων, τῶν δ᾽ ἀρχομένων. ἄρχοντος δ᾽ ἐπίταξις καὶ κρίσις ἔργον: Sunt enim opera ſive actiones civitatis, eorum quidem qui præſunt, & eorum, qui parent. Imperantis autem ſcopus ac munus eſt juſſus & judicium. b *E recentioribus Ioannes Bodinus (cujus ſententia communi Doctorum calculo comprobatur) hanc ſupremi Magiſtratus poteſtatem (quam Majeſtatis nomine appellat) definit, ſummam & perpetuam in cives ac ſubditos, legibuſque ſolutam poteſtatē: ejuſq; variis capitibus enumeratis ſic concludit:* c Hac igitur jubēdæ ac tollendæ legis ſūma poteſtate cętera

F Maje-

---

a *Ariſt. lib. 7. Polit. cap. 4.* b *Ioann. Bod. lib. 1. de Rep. c. 8.* c *Eod. lib. c. 10.*

Majeſtatis capita venire perſpicuum eſt: ut veriſſime dici poſſit: ſummum Reipublicæ imperium una re comprehenſum, ſcilicet univerſis ac ſingulis civibus leges dare, à civibus accipere numquam: nam bellum hoſtibus ſuo jure indicere, aut pacem cum iiſdem inire, tametſi diverſum quid habere videntur à legis appellatione, hæc tamen lege, id eſt, ſummæ poteſtatis juſſu fieri conſtat. Sic etiam Majeſtatis proprium eſt de provocatione à ſupremis Magiſtratibus cognoſcere, ac majoribus Magiſtratibus imperium dare & adimere: vacationes item munerum ac immunitates largiri; legibus cives ſolvere; vitæ jus ac necis habere; nummis pretium, nomen, figuram tribuere; cives omnes jurejurando adigere: quæ omnia imperandi ac prohibendi ſumma poteſtate veniunt: id eſt, legem civibus univerſis ac ſingulis dare, nec ab ullo præterquam ab immortali Deo accipere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Rex quidem (cujus ſummum & ſolius eſt in Monarchia imperium) parens, certe autor legis, & νόμος ἔμψυχος, lege potentior eſt: ut qui eam, ubi viſum eſt, ſubditis omnibus invitis, nedum inconſultis, condere aut abrogare ex autoritate ſibi divinitus conceſſa poteſt. Nec obſtat, quod Conſiliarios & Adminiſtros ſibi aſſciſcat: ſic enim curam & ſolicitudinem, quæ in regno rite moderando maxima eſt, non autem vires imperii, aut ſuam Majeſtatem imminuit. a Humanum (*inquiunt Imperatores*) eſſe probamus, ſi quid de cætero in publica privatave cauſa emerſerit neceſſarium, quod formam generalem & antiquis legibus non inſertam expoſcat, id ab omnibus antea tam proceribus noſtri Palatii, quam glorioſiſſimo cœtu veſtro, Patres conſcripti, tractari: & ſi univerſis tam judicibus, quam

a *l. Humanum C. de legib. & conſtit. Princip.*

vobis placuerit, tunc legem dictari: & ſic eam denuo collectis omnibus recenſeri: & cum omnes conſenſerint, tunc demum in ſacro numinis noſtri conſiſtorio recitari: ut univerſorum conſenſus noſtræ ſerenitatis auctoritate firmetur, &c. *Hinc eſt illud Iuriſconſultorum;* Principem ſolum poſſe condere ſtatuta, licet humanum ſit, quod conſilio Procerum utatur. *Conſiliorum communicatio regni conſortium non inducit.* a Nam jura Majeſtatis (*ut ait Bodinus*) ſummo quidem Principi tribui poſſunt; Magiſtratibus non item aut privatis: aut ſi utriſque jura Majeſtatis eſſe deſinunt. Et ut corona ſi in partes diſtracta, aut aperta fuerit nomen amittit: ita Maieſtatis jura pereunt, ſi cum ſubditis communicantur. Illud etiam Iuriſconſultorum communi quodam decreto conſtat, ea jura nec cedi, nec diſtrahi,

a *Bodin. lib. 1. de Repub. cap. 10.*

ſtrahi, nec ulla ratione abalienari à ſummo Principe poſſe: ac ne ulla quidem temporum diuturnitate præſcribi: quæ propterea Baldus Sacra Sacrorum, Cynus Individua appellat. At ſi quidem ſummus Princeps ea cum ſubdito communicaverit, pro ſervo imperii ſocium habiturus eſt: ipſe vero jus Maieſtatis amittit, nec ſummus Princeps erit, quia ſummus is dicitur, qui nec ſuperiorem, nec eiuſdem imperii ſocium habet.

Quod autem Principes, cum publice inaugurantur, ſancte promittant, ſe leges, & majorum ritus, veteraque inſtituta ſervaturos, ac id genus alia facturos; nihil ſibi præjudicant, quin regnum æque libere ac ſi non juraſſent adminiſtrare poſſint. Nihil enim jurant, ad quod etiam injurati non obligantur. a *Nam quod bonum & æquum eſt, id ex officio*

 tenen-

a *l. Iuriſgentium. §. Et generaliter D. de Pactis. & Sext. Decret. de regul. jur. reg. 58. Non eſt obligatorium.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

tenentur ſervare, & facere: ad malum vero & iniquum ſervandum nullis pactis aut promiſſis, quantumvis jurejurando confirmatis, poſſunt obſtringi. Quid autem iniquius quam Principem teneri leges eas ſervare, quas interdum antiquari, aut Rempublicam ipſam labefactari neceſſe eſt? Etſi mutatio omnis (ut dicitur) eſt periculoſa: legum vero periculoſiſſima: certum tamen eſt morum mutationem legum mutationem efflagitare, nullamque legem tam ſanctam aut inviolabilem, aut ipſius vetuſtatis ſpecie tam caram eſſe, quæ, urgente neceſſitate, non poſſit & debeat mutari. Salus populi ſuprema lex eſto. *Denique ſi Principes perfractis legum omnium vinculis (quod abſit) fidem fallant: nullum tamen præter Deum (ut dixi) judicem, & ultorem habebunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Cap. VI.

Quod Regum ſit de perſonis & cauſſis quibuſcunque, tam Eccleſiaſticis quam Civilibus ſtatuere.

[a]Sed erit (*inquit Moſes*) quum inſidebit ſolio regni ſui, ut deſcribat ſibi exemplum hujus legis in libro, ex eo, qui erit in conſpectu Sacerdotum Leviticorum; eritque penes eum, & leget in eo omnibus diebus vitæ ſuæ; ut diſcat timere Iehovam Deum ſuum, & obſervare omnia verba hujus legis, & ſtatuta iſta faciendo ea: ne efferatur animus ejus præ fratribus ſuis, & ne recedat ab hoc præcepto dextrorſum aut ſiniſtrorſum, &c. *Regibus igitur, cætera liberis, hic unus imperii modus præfinitus eſt, ut ſuas leges & actiones quaſcunque ad legis divinæ præſcriptum conforment.*

Quibus autem legis divinæ cuſtodia à

a *Deut.* 17. *verſ.* 18. & *ſeq.*

Deo cum imperio mandata eſt, ij poſſu
& tenentur de quibuſcunque perſonis
cauſis tam Eccleſiaſticis quam Civilib
ſtatuere. *a* Singulis matutinis (*inqu*
David) exſcindam omnes improbo
terræ, ad reſcindendum à civitate Ie
hovæ omnes qui operam dant ini
quitati. *b* Rex inſidens ſolio judicia
li, ventilat oculis ſuis omne malum
Ventilat improbos Rex ſapiens
poſtquam convertit in eos rotam
Recte Hieremias Propheta ad Reges. *c* Si
ait Iehova, exercete jus & juſtitiam,
& eripite eum qui rapinam patitur è
manu oppreſſoris: & peregrino, pu-
pillo, ac viduæ ne vim faciatis, ne
violentia utamini, & ſanguinem in-
nocentem ne effundatis in loco iſto.
*Apoſtolus ſcribens ad Romanos Magi-
ſtratum prope ad Dialecticam ſubtilita-
tem definit:* *d* Nam Magiſtratus (*in-
quit*) non ſunt terrori bonis operi-
bus, ſed malis. Vis autem non me-
tuere

a *Pſal.* 101. b *Proverb.* 20. ℣. 9. & 16.
c *Hierem.* 22. 3. d *Rom.* 13, ℣. 3. & 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

tuere poteſtatem? quod bonum eſt facito & laudem ab ipſa obtinebis. Dei enim miniſter eſt tuo bono. Quod ſi feceris quod malum eſt, metue: non enim temere gladium geſtat: nam Dei miniſter eſt, ultor ad iram ei qui quod malum eſt fecerit. *Rex igitur eſt miniſter Dei gladio divinitus armatus, ut bonos foveat & ſublevet, ac malos puniat. Præclare Auguſtinus.* a Iuſtitia vero Regis eſt neminem injuſte per potentiam opprimere, ſine acceptione perſonarum inter virum & proximum ſuum judicare, advenis & pupillis & viduis defenſorem eſſe, furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos & hiſtriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas & pejerantes vivere non ſinere, Eccleſias defendere, pauperes eleemoſynis alere, juſtos ſuper regni negotia conſtituere, ſenes & ſapientes & ſobrios Conſiliarios habere, mago-

a *Auguſt. de* 12. *abuſ. gradibus grad.* 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

magorum & hariolorum, Pythony
ſarumque ſuperſtitionibus non i
tendere, iracundiam ſuam differr
patriam fortiter & juſte contra a
verſarios defendere, per omnia i
Deo confidere, proſperitatibus no
elevari animo, cuncta adverſa pa
tienter tolerare, fidem catholicar
in Deum habere, filios ſuos non ſ
nere impiè agere, &c.

Regimen Eccleſiæ (a *Bellarmin* *inquit*) ſupernaturale eſt: nemin igitur convenit, niſi cui Deus com miſit. Legimus autem in Scripturi commiſſum Apoſtolis & Epiſcopis & eorum ſucceſſoribus. Nam Petr Apoſtolo dictum eſt: Paſce oves Ioann. ultimo, & de Epiſcopis di citur, Act. 20. Quos poſuit Deu Epiſcopos regere Eccleſiam Dei. D Regibus nihil ejuſmodi unquam legimus. *Eadem aut non abſimilia or thodoxis à Donatiſtis hæreticis objicie bantur.*

a *Bellar. de Rom. Pontif. lib.* 1. *cap.* 7.
& lib. 1. *de Cleric. cap.* 28.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

antur. Gaudentius: *a* Ad docendum, nquit, populum Iſraël Omnipotens Deus Prophetis præconium dedit, non Regibus imperavit: Salvator inimarum Dominus Chriſtus ad innuandam fidem piſcatores non milites miſit. *Reſpondet Auguſtinus:* Audite ergo Prophetas ſanctos, & ſanctos piſcatores, & moleſte non patiemini religioſiſſimos Reges. Iam enim & ſuperius oſtendi ad curam pertinuiſſe Regis, ut Ninivitæ Deum placarent, cujus iram Propheta annunciaverat. Quamdiu ergo vos non tenetis Eccleſiam, quam prædicaverunt piſcatores, Apoſtoli plantaverunt: tamdiu Reges, qui eam tenent, rectiſſime ad ſuam curam iudicant pertinere, ne vos adverſus eam rebelletis impune, &c. *Idem de eorundem Donatiſtarum correctione ad Bonifacium:* *b* Nondum autem agebatur,

---

a Auguſt. lib 2. contr. Gaudent. cap. 26.
b Auguſt. de correct. Donatiſt. ad Bonifac. epiſt. 50.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

batur, quod paulo poſt in eodem Pſalmo dicitur: Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram: ſervite Domino cum timore, & exultate ei cum tremore. Quomodo ergo Reges Domino ſerviunt in timore, niſi ea, quæ contra juſſa Domini fiunt, religioſa ſeveritate prohibendo atque plectendo. Aliter enim ſervit quia homo eſt, aliter quia etiam & Rex eſt. Quia homo eſt, ei ſervit vivendo fideliter: quia vero etiam Rex eſt, ſervit leges juſta præcipientes & contraria prohibentes convenienti vigore ſanciendo. Sicut ſervivit Ezechias, lucos & templa idolorum & ipſa excelſa, quæ contra Dei præcepta fuerant conſtructa, deſtruendo. Sicut ſervivit Ioſias, talia & ipſe faciendo. Sicut ſervivit Rex Ninivitarum, univerſam civitatem ad placandum Dominum compellendo. Sicut ſervivit Darius, idolum frangendum in poteſtatem Danieli dando, & inimicos ejus leonibus ingerendo.

Sicut

Sicut ſervivit Nabuchodonoſor, de quo jam diximus, omnibus in regno ſuo poſitis à blaſphemando Deo lege terribili prohibendo. *Et paulo poſt:* Poſtea vero quam cœpit impleri, quod ſcriptum eſt: Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſervient illi: quis mente ſobrius Regibus dicat: Nolite curare in regno veſtro, à quo teneatur vel oppugnetur Eccleſia Domini veſtri, non ad vos pertineat in regno veſtro, quis velit eſſe, ſive religioſus, ſive ſacrilegus, quibus dici non poteſt: non ad vos pertineat in regno veſtro quis velit pudicus eſſe, quis impudicus? *Et alibi adverſus eoſdem:* a Quid iſtis videtur ut crimen idololatriæ putent juſte ab Imperatoribus vindicari? aut ſi nec hoc volunt, cur in veneficos vigorem legum exerceri juſte fatentur: in hæreticos autem atque ſciſmaticos impias

a *Auguſt. lib. 1. contr. epiſt. Parmen. cap. 7.*

pias diſſenſiones nolunt fateri, cum
in iiſdem iniquitatis fructibus auto
ritate Apoſtolica numerentur ? A
forte nec talia Poteſtates iſtę huma
næ conſtitutionis permittuntur cu
rare ? propter quid ergo gladium
portat, qui dictus eſt miniſter Dei
vindex in iram eis, qui male agunt
niſi forte quemadmodum nonnull
eorum ſane imperitiſſimi hoc intel
ligere ſolent de honoribus Eccleſia
ſticis dictum eſſe, ut gladius intel
ligatur vindicta ſpiritualis, qui ex
communicatione operatur, cum
providentiſſimus Apoſtolus conſe
quenti contextione lectionis ſati
aperiat quid loquatur. Illic quipp
addit. Propter hoc tributa præſta
tis, &c. *Hæc & multa alia ſimilia, qu*
percenſere longum eſſet, apud Auguſti
num habentur.

Ante Auguſtinum Optatus Milevi
tanus ſex aut ſeptem libris, a *judic*
Bellarmino, egregiis, eorundem Dona
tiſtarum

a *Bellar. de Script. Eccleſ. in Optat.*

iſtarum errores refellit. Ex multis unum tantum locum proferam. a Ille videlicet Donatus ſolito furore ſuccenſus in hæc verba prorupit: Quid eſt Imperatori cum Eccleſia? *Et paulo poſt:* Iam tunc meditabatur contra præcepta Apoſtoli Pauli, Poteſtatibus & Regibus injuriam facere: pro quibus, ſi Apoſtolum audiret, quotidie rogare debuerat. Docet enim beatus Apoſtolus Paulus rogare pro Regibus & Poteſtatibus, ut quietam & tranquillam vitam cum ipſis agamus. Non enim Reſpublica eſt in Eccleſia, ſed Eccleſia in Repub. eſt, id eſt, in imperio Romano.

a *Optat. lib. 3. cont. Parmenianum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

CAP. VII.

Quod Reges teneantur maxime in Ec-cleſiæ curam incumbere, & quod poteſtas Politica ſive Regalis longe major ſit Eccleſiaſtica.

CVM *his facit communis alioru[m] omnium Patrum conſenſus. Tan-tum abeſt profecto, ut regimen Eccleſi[æ] non pertineat ad Reges, ut in id maxi-me teneantur incumbere.* a Πρῶτον περὶ θείων ἐπιμέλεια: Primum eſt curatio rerum divinarum. b Παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις πρῶτον νομίζεται θεοὺς σέβειν: Ab omnibus homini-bus primum leges feruntur de Diis colendis. c Εὐσέβεια δὲ πρῶτον ὑπο-βεβλήσθω κρηπὶς ἀσφαλὴς, ἐφ' ἧ ἑστήξ

a *Ariſt. lib.* 7. *Polit. cap.* 8. b *Xenophon lib.* 4. *Memorab.* c *Syneſ. Orat. d[e] Regno.*

ἱστήξει τὸ ἄγαλμα ἔμπεδον τῆς βασιλείας: Pietas primum ſubſternitor fulcrum & crepido, cui firmiter inſiſtat ſimulacrum hoc regni.

a Hinc omne principium, huc refer exitum.

Divine Theodoſius Imp. ad Cyrillum: b A pietate, quæ in Deum eſt, Reip. noſtræ conſtitutio pendet, & multa utrinque eſt cognatio, & ſocietas. Cohærent enim inter ſe, & altera alterius creſcit incremento, ita ut vera religio juſtitiæ ſtudio, Reſpubl. vero ab utriſque adiuta reſplendeat. In regnum itaque à Deo conſtituti, cum pietatis & proſperitatis ſubditorum curam ab eo acceperimus, ſocietatem harum perpetuo indivulſam, tam providentia noſtra, quã etiam humano præſidio freti hactenus conſervare enitimur: & propter ſalutem Reipub. in conſervanda & nutrienda pietate ſubditorum, eo-

a *Horat.* b *Cyrill. epiſt.* 17.

rum commodo, perpetuo intenti enixe invigilamus, illudque maxime contendimus, ut pie vivant, & conſerventur, ſicuti pios decet, univerſi, utriuſque ut convenit, curam gerentes. Neque enim fieri poteſt, ut alteri ſtudentes non ſimiliter & alterius curam geramus. Præ cæteris in hoc incumbimus, ut Eccleſiaſticus ſtatus, & qui Deum deceat, & noſtris temporibus conveniat, firmus permaneat, tranquillitatemque ex omnium conſenſu retineat, ſitq; per Eccleſiaſticarum rerum pacem quietus, & pia religio conſervetur irreprehenſibilis, eorumque vita, qui ad Clericatum, & magnum Sacerdotium delecti ſunt, ab omni ſit culpa libera, &c. *Pij profecto Principes omnes ad unum ſenſerunt & adhuc ſentiunt nihil ſibi æque ac religionem curæ eſſe debere: & recte.* a Nam (*ut ait Auguſtinus*) & temporibus Prophetarum

a *Auguſt. de correct. Donatiſt. ad Bonif. epiſt.* 50.

tarum omnes Reges, qui in populo Dei non prohibuerunt, & everterunt, quæ contra Dei præcepta fuerant inſtituta, culpantur, & qui prohibuerunt & everterunt ſuper aliorum merita laudantur.

a Iure divino (*Bellarminus inquit*) regimen Eccleſiaſticum eſt diſtinctum à Politico, & illo etiam ſublimius: ergo cauſæ Eccleſiaſticæ iudicari non debent, à politicis Magiſtratibus. *Regnum quidem à Sacerdotio ita diſtingui, ſuiſque terminis concludi, ut alterum in alterius fines ſine ſummo ſcelere invadere nequeat, non negamus: hoc vero illo ſublimius eſſe, æque falſum eſt, quam quod falſiſſimum. Regnum quidem Chriſti quovis regno terreno, imo & omnibus ſimul ſumptis, longe ſublimius ac dignius eſt: regimen vero Eccleſiæ (quæ hic in terris peregrinatur) à Chriſto inſtitutum Politico longe minus atque inferius eſt. Vtrumque quidem à Deo eſt, hominibus, & in homines collatum.*

 tum.

a *Bellarm. de Cleric. cap.* 28.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

tum. Utrumque etiam ad Dei gloriam & hominum ſalutem deſtinatum. Poteſtas Politica eſt ἄκρα ἐξουσία, κυρία ἀρχὴ & κύριον πολίτευμα, *ſumma poteſtas, imperium, & dominatus in omnes, tam Paganos quam Chriſtianos: Eccleſiaſtica vero eſt* Διακονία, *miniſterium, abſque omni imperio & dominatu (ut infra dicetur) in Chriſtianos tantum, teſte Apoſtolo, dicente:* a Quid ad nos de his qui foris ſunt, judicare? *Maxima pœna, quæ hominibus poteſt infligi, eſt mors: eaque æterna vel temporalis: jus quidem illius ſibi ſoli reſervavit Deus; hujus vero cum Regibus, aliiſque Magiſtratibus voluit ſibi eſſe commune.* b *Severiſsima Eccleſiæ vindicta & quaſi ultimum fulmen eſt excommunicatio,* c medicinalis (*ut loquitur*

a 1.*Corinth*.5. b *Auguſt. de corrept. & grat. cap*.15. *& habetur* 24.*q*. 3. *canon. Corripiantur*. c 34. *q*. 3. *can. Notandum & Sext. Decret. lib*. 5. *tit*. 11. *de ſent. excomm. cap*.1.

quitur Innocentius IV Papa) non mortalis: diſciplinans, non eradicans. a *Eccleſia* (*ut ait Nicolaus eiuſdem ſedis Epiſcopus*) gladium non habet, niſi ſpirituale͂: non occidit, ſed vivificat.

Hieronymus cum Rege comparans Epiſcopum, inquit: b Ille enim nolentibus præeſt, hic volentibus: ille terrore ſubjicit, hic ſervituti donatur: ille corpora cuſtodit ad mortem, hic animas ſervat ad vitam.

Scite quidem Chryſoſtomus: c Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος ἀνὴρ, συνιδὼν, Κορινθίοις ἔλεγεν. Οὐ γὰρ κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν. μάλιστα γὰρ ἁπάντων Χριστιανοῖς οὐκ ἐφίεται πρὸς βίαν ἐπανορθοῦν τὰ τῶν ἁμαρτανόντων πταίσματα. ἀλλὰ οἱ μὲν ἔξωθεν δικασταὶ, τοὺς κακούργους ὅταν

---

a 33. *q.* 2. *can. Inter hæc.* b *Hieronym. ad Heliodor. epiſt.* 3. c *Chryſoſt. de Sacerd. lib.* 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

ὅταν ὑπὸ τοῖς νόμοις λάβωσι, πολλὴν ἐπιδείκνυνται τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἄκοντας τοῖς τρόποις κωλύουσι χρῆσθαι τοῖς αὐτῶν. ἐνταῦθα δὲ οὐ βιαζόμενον, ἀλλὰ πείθοντα δεῖ ποιεῖν ἀμείνω τὸν τοιοῦτον. οὔτε γὰρ ὑμῖν ἐξουσία τοσαύτη παρὰ τῶν νόμων δέδοται πρὸς τὸ κωλύειν τοὺς ἁμαρτάνοντας· οὔτε, εἰ καὶ ἐδώκαν, εἴχομεν ὅπου χρησώμεθα τῇ δυνάμει· οὐ τοὺς ἀνάγκῃ τῆς κακίας, ἀλλὰ τοὺς προαιρέσει ταύτης ἀπεχομένους στεφανοῦντος τοῦ Θεοῦ: Hoc enim admirandus ille vir, quum intelligeret, ſic Corinthios alloquitur: Non quod dominemur veſtra fidei, ſed adjutores ſumus gaudii veſtri. Chriſtianis enim minime omnium licet peccantium lapſus vi corrigere. Exteri quidem judices, quum facinoroſos homines leges tranſgreſſos fuiſſe deprehenderint, magna ſe præditos autoritate ac poteſtate oſtendunt, eoſdemque vel

invi-

invitos ſuos ipſorum mores mutare cogunt. Hic vero non vim afferre, ſed ſuadere tantum oportet, atque hac ratione meliorem efficere, quem emendandum ſuſceperis. Neque enim nobis facultas tanta à legibus data ad delinquentes coërcendos: ac ne ſi dediſſent quidem, haberemus ubi vim hujuſmodi, potentiamque exercere poſſemus: quum Chriſtus eos æterna corona donet, non qui coacti, ſed qui certo animi propoſito à peccato abſtinent. *Et Auguſtinus: a* Civitas autem cœleſtis, vel potius pars eius, quæ in hac mortalitate peregrinatur, & vivit ex fide, etiam iſta pace neceſſe eſt utatur: donec ipſa, cui talis pax neceſſaria eſt, mortalitas tranſeat. Ac per hoc dum apud terrenam civitatem velut captivam vitam ſuæ peregrinationis agit, jam promiſſione redemptionis & dono ſpiritali tamquam pignore accepto, legibus ter-

renæ

a *Auguſt. de civit. Dei lib. 19. cap. 17.*

renæ civitatis, quibus hæc adminiſtrantur, quæ ſuſtentandæ mortalis vitæ accommodata ſunt; obtemperare non dubitat, &c.

Iſidorus ſimiliter, cujus ſententia inter canones refertur: a Principes ſeculi nonnumquam intra Eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent: ut per eandem poteſtatem diſciplinam Eccleſiaſticam muniant. Cæterum intra Eccleſiam Poteſtates neceſſariæ non eſſent; niſi ut quod non prævalet Sacerdos efficere per doctrinæ ſermonem, Poteſtas hoc impleat per diſciplinæ terrorem. Sæpe per regnum terrenum cœleſte regnum profuit, ut qui intra Eccleſiam poſiti contra fidem & diſciplinam agunt, rigore Principū conterantur: ipſamque diſciplinam, quam Eccleſiæ humilitas exercere non prævalet, cervicibus ſuperborum poteſtas Principalis imponat: & ut veneratio-nem

a *Iſidor. Sentent. lib.* 3. *c.* 51. *& habetur* 23. *q.* 5. *can. Principes.*

nem mereatur virtutem poteſtatis impertiat.

Socrates ait ſe paßim in hiſtoria Imperatorum mentionem facere, a propterea quod ex illo tempore, quo Chriſtiani eſſe cœperunt, Eccleſiæ negotia ex eorum nutu pendere viſa ſunt: atque adeo maxima Concilia de eorundem ſententia convocata fuerunt, & adhuc convocantur.

a *Socrat. hiſt. Eccleſ. lib. 5. in proœm.*

CAP. VIII.

Idem oſtenditur ex rebus geſtis Conſtantini Magni Imp.

b *Conſtantinus Magnus Imp. quum intelligeret Eccleſiam hæreſi Ariana & diſſenſione de feſto Paſchatis vehemen-*

b *Euſeb. de vit. Conſtant. lib. 3. cap. 4. 5. & 6. Socrat. hiſtor. Eccleſ. lib. 1. cap 5. Theod. hiſt. Eccl. lib. 1. cap. 7. & 11. Sozom. hiſt. Eccl. lib. 1. cap. 16.*

hementer perturbari, generale Con-
cilium convocat: atque Epiſcopo
undique per literas accerſit, ut Ni-
cæam urbem Bithiniæ ſe conferant
Sed poſtquam ab omnibus, ut tem
poris opportunitas poſtulabat, fa
ctum erat ſilentium, Imperator ib
ex ſella orationem hortatoriam ha
bere cœpit, qua illos ad conſenſio
nem animorum & concordiam cō
moveret. Inque ea conſilium dedit
ut quicquid offenſionis menti cu
juſquam privatim contra alterum
reſideret, prorſus deponeretur. Et
enim complures eorum, alter alte
rum accuſaverant, multoſque ſup
plices libellos, pro ſe ſinguli pridi
ejus diei Imperatori obtulerant
Ipſe autem ut ad propoſitum nego
cium, quo de convocati erant, ſe to
tos converterent, ſedulo hortatu
eſt, & libellos illos comburi juſſit
iſtamque ſolum adjecit ſententiam
Chriſtum præcepiſſe, ut qui veniam
impetrare contendat, fratri ipſe ve
niam det. De concordia demum &

pace, ubi uberius diſſeruerat, deinceps de religionis noſtræ dogmatis accuratius diſquirendi, illorum arbitrio permiſit poteſtatem. *a* Cum multa eſſent ex utraque parte propoſita, magnaque controverſia in ipſo diſputationis ingreſſu concitata, Imperator toleranter ac placide omnibus animum attendit: ſtudio acri prolatas ſententias ſenſim excepit: viciſſim utrique diſceptantium parti opem tulit: eos magna cum contentione digladiantes paulatim reconciliavit: cum ſingulis comiter & benigne ſermonem contulit: Græce (nam ne hujus quidem linguæ ignarus fuit) ſenſa ſua dicendo expreſſit, ſuavis erat & dulcis, dum aliis perſuadere, alios ſermone lenire, alios, qui diſerte dixiſſent, collaudare inſtituebat: omnes denique ad concordiam eatenus reducere contendit, quoad eos in omni-

a *Euſeb. eod. lib. c.* 13. *Socrat. ibid. Theod. ibid. Sozom. eod. lib. cap.* 19.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

bus rebus, quæ in quæſtionem aliquando veniſſent, tum conſpirantes animis, tum opinionibus conſentientes reddidiſſet: ita ut non modo concors fides inter eos vigeret, ſed etiam idem tempus ſalutaris feſti Paſchalis celebrandi ab omnibus concederetur. *a* Cum igitur his præceptis eos inſtruxiſſet omnibus fecit poteſtatem ad ſua domicilia revertendi.

b At vero Imperator non ſolum Arium mulctavit exilio, verum etiã Epiſcopis omnibus & populis edictum ſcriptum miſit, ut tum illum, tum ejus opinionis fautores impiorum numero ducerent, & ſi quis liber reperiretur ab illis ſcriptus, in ignem conjicerent: quo neq; ipſius, neque opinionis, cujus author fuerat, ullum monimentum extaret. Quod ſi quis aliquem librum ejus occul-

a *Euſeb. eod. lib. cap.* 20. b *Sozom. eod. lib. cap.* 20. *Theodoret. eodem lib. cap.* 20.

occultare deprehenderetur, ac non illico in publicum productum incenderet, ut capitis mulctaretur ſupplicio. Quinetiam epiſtolas ad civitates ſigillatim ſcriptas, quibus Arium & ejus fautores damnabat, miſit. Euſebium porro & Theognidem civitatibus, quarum erant Epiſcopi, exulare mandavit: ſcripſitque Eccleſiæ Nicomedenſi, ut fidei, quã Concilium tradiderat, adhæreſceret, & orthodoxos eligeret Epiſcopos, illiſque obtemperaret: memoriam autem Arianorum oblivione obrueret conaretur. Nam ſi quis eos vel laudare, vel eorum doctrinam amplecti aggrederetur, minatus eſt ſe illum ſupplicio affecturum.

a Euſebius vero & Theognis libellum, quo ſe facti pænituiſſe oſtẽderent, præcipuis Epiſcopis miſerunt: & propterea Imperatoris mandato, non modo ab exilio revocati

 ſunt,

a *Socrat. eod. lib. cap.* 10. *Sozom. hiſt. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

ſunt, ſed etiam ad Eccleſiarum ſuarum adminiſtrationem reſtituti, iique, qui in ipſorum loca ſuffecti erant, ab illo dignitatis gradu dimoti: Amphion ſcilicet ab Euſebio, & Chræſtus à Theognide.

a *Arius ſimiliter libello pœnitentiæ, quo ſe fidem Concilii Nicæni amplecti ſimulabat, Imperatori oblato, Alexandriam reverti jubetur. Verum, quum ab Athanaſio in Eccleſiam minime reciperetur,* Imperator rem iniquo animo & graviter ferens, per literas Athanaſio interminatus eſt his verbis: Cum conſilii & voluntatis meæ rationem acceperis, fac omnibus in Eccleſiam ingredi cupientibus liberum aditum præbeas. Nam ſi intellexero quemquam, qui Eccleſiæ particeps fieri cupiat, vel impeditum abs te eſſe, vel introitu prohibitum, mittam illico aliquem è meis, qui mandato meo te de gradu dimoveat, locumque tuum alteri tribuat.

a Pro-

a *Socrat. eod. lib. cap.* 19. & 20.

a Proinde perſuadent Imperatori (*Ariani ſcilicet*) ut Ceſariæ Paleſtinę (ibi enim complures erant Athanaſio infeſti) Concilium convocetur, juberetque in ea urbe judicium de Athanaſio exerceri. Imperator autem illis, utpote Sacerdotibus obſecutus (ſiquidem ignorabat penitus fraudulentos eorum conatus) quod poſtulaverant, fieri mandavit. Verum ſanctus Athanaſius intellecto Iudicum odio ad Concilium non venit. Ariani igitur anſa inde ad calumniandum arrepta, & bello contra veritatem ſuſcepto, præter alia nefanda facinora tyrannidis prætereа & contumaciæ eum coram Imperatore inſimulant. Neque certe ſpes eos fruſtrata eſt. Nã Imperator alioqui manſuetiſſimus, eorum verbis ad iracundiam provocatus, ſcripſit ad Athanaſium epiſtolam, qua & bilem ſuam aperuit, & ei, ut Tyrum peteret, mandavit.

a *Theod. eod. l. c. 28. Soc. eod. lib. c. 20. 21.*

Imperator interim Concilio, quod Tyrum indixerat, inter alia hæc ſcripſit. *a* Miſi igitur ad eos, quos volebatis Epiſcopos, ut ad vos adventantes, vobiſcum ſua ſenſa & cogitationes communicent. Miſi etiam Dionyſium virum conſularem; qui eos, quos ad Concilium oportet vobis una accedere, admoneat, & tum quæ gerantur, tum maxime ut omnia ordine & ratione fiant, accurate videat. Quod ſi quis (ſicut minime ſuſpicor) noſtrum mandatum etiam jam callide rejicere ſtudens, rec[illegible]t ad Concilium adventare, hinc à nobis aliquis mittetur, qui eum Regio mandato de dignitate ſua dejiciat, doceatque non decere quemquam deciſionibus Imperatoris pro veritate editis adverſari.

b Athanaſius autem Tyrum accedere noluit, non tam crimina objecta veritus (nullius enim eorum, quæ

a *Theod. eod. lib. cap. 29.* b *Socrat. eod. lib. cap. 20.*

quæ ipſi erant illata, conſcius fuit) quam admodum reformidans ne quid illic novi contra Concilii Nicæni decreta decideretur. Sed quoniam minaces literæ Imperatoris ejus animo non parum timoris injecerant (ad illum namque ſcripſerat, ſi non ſua ſponte vellet accedere, vi eo deductum fore) ad Concilium adventat neceſſario. *Ubi refutatis omnibus adverſariorum calumniis, cum nihil æqui impetraret, Conſtantinopolim profectus ab Imperatore poſtulavit, ut, ipſo Iudice, Epiſcopis qui Tyri convenerant eo accedentibus, de injuria, quam paſſus fuerat, neceſſitate coactus poſſet expoſtulare. Concilium interim Epiſcopatum ei abrogat, ne poſtea Alexandriæ habitet decernit, & deniq; acta ſua Imperatori literis ſignificat. Quibus rebus graviter commotus Imperator inter alia in hæc verba reſcripſit.* a Quapropter opus eſt, ut omnes vos ad me propere accedatis, quo ratio rerum

a *Socrat. eod. lib. cap.* 22.

rum à vobis geſtarum per vos ipſos accurate reddatur. Quid vero cauſæ ſit, cur hæc ad vos ſcribenda putarim, voſque ad me per literas accerſiverim, ex illis, quæ ſequuntur, intelligetis. Mihi quidem ad locum quendam urbis Conſtantinopolis, &c. *Et infra:* Quod quidem cum & mihi conſentaneum rationi videretur, & tempora idem ipſum poſtularent, non invitus equidem iſta ad vos perſcribenda curavi, ut omnes qui ad Concilium Tyri coactum conveniſtis, è veſtigio ad caſtra noſtra maturaretis, reque ipſa veſtrum judicium æquum, ſyncerumque commonſtraretis, me audiente, quem ingenuum Dei famulum eſſe, vos ipſi non inficias iveritis, &c. a Iſtæ literæ eos qui aderant in Concilio in grave certamen conjecerunt. Qua de re complures ad ſuas ipſorum civitates reverterunt. Sed Euſe-

a *Socrat. eod. lib. cap.* 23. *Theod. eod. lib. cap.* 31.

uſebius, Theognis, Maris, Patro-
hylus, Urſacius, Valens, Conſtan-
nopolim veniunt: neque de pocu-
confracto, aut de menſa everſa,
ut de Arſenio interfecto, amplius
uæri permittunt, ſed ad aliud cri-
nen confugiunt. Imperatorem do-
ent, Athanaſium minatum ſe veti-
urum, quo minus frumentum, ut
olet, Alexandria Conſtantinopo-
m uſque adveheretur: iſtaque Ada-
nantium, Annubionem, Arbathio-
em & Petrum Epiſcopos ex ipſo
thanaſio audiviſſe. Imperator igi-
ur hac re vehementer incitatus, &
uaſi gravi iracundiæ flamma incen-
us, Athanaſium ejicit in exilium:
Galliam incolere jubet.

CAP. IX.

Idem oſtenditur ex rebus geſtis Theodoſii Senioris Imp.

a THeodoſius Imp. ut primum imperium obtiuuit, Eccleſiis præ cæteris rebus diligenter proſpicere cœpit, & ut Epiſcopi ſuæ ditioni Conſtantinopolim ire maturent imperavit. Nam ſola ea Imperii pars Ariana labe paſſim commaculata fuit. pars autem verſus Occidentem ab ea libera, vacuaque permanſit. Itaque ſine mora Demophilo, qui ſectæ Arianæ Epiſcopus fuit, conſilium ſuum aperit, quæritque ab eo utrum Concilio Nicæno fidem velet adhibere, populum ad concordiam traducere, & pacem amplecti. Quo quidem ejus poſtulatum abnuente, idcirco, inquit, Imperator, ſi pacem & concordiam fugis, te ab Eccleſiis fugere mando.

a Im-

a *Theodor. hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 6.*

a Imperator nulla mora interpoſita, Concilium Epiſcoporum (*quod fuit generale ſecundum, dictum Conſtantinopolitanum primum*) ipſius fidem amplectentium convocat: quo tum fides Concilii Nicæni corroboraretur, tum Conſtantinopoli deſignaretur Epiſcopus. b Non multo poſt, cum Sacerdotibus nomina eorum, quos ad ordinationem dignos judicabant, chartæ inſcribere Imperator juſſiſſet, ac ſibi ipſi ex omnibus iis, unius electionem reſervaſſet, alii alios in album retulerunt. Imperator igitur perlecto inſcriptorum catalogo, ſubſtitit in Nectario, & intendens mentis aciem ſecum tacite conſultabat, impreſſo ultimæ nomenclaturæ digito, rurſuſque ad caput egreſſus cunctos ordine percurrit, ac Nectarium deligit: hoc factum admirantur omnes, ac ſciſci-

 tantur,

a *Socrat. eod. lib. cap. 8. Theod. eod. lib. cap. 8.* b *Sozom. hiſt. Eccl. lib. 7. cap. 7. & 8.*

tantur, quiſnam eſſet iſte Nectarius, & quod ſectaretur inſtitutum vitæ, & unde eſſet. Cognito autem, hominem ne baptizatum quidem eſſe, multo etiamnum magis admirati ſunt inſolentiam judicii in imperatore. Facta vero hæc ſunt non ſine provideutia divina, cum & Imperator poſtquam baptiſmatis expertem intellexiſſet, in eadem ſententia perſtiterit, multis Sacerdotibus reluctantibus. Poſtquam igitur omnes ceſſerunt, & in Imperatoris calculum conſenſerunt, baptizatus fuit, & ſacri baptiſmatis convenienti habitu etiamnum indutus communi Synodi ſuffragio Conſtantinopolis Epiſcopus declaratus eſt.

Synodus vero rebus omnibus rite conſtitutis Impetatori ad hunc modum ſupplicat: *a* Ea quæ acta ſunt in ſancto Concilio ad tuam referimus pietatem. Nempe, quod ex quo tempore ex

a *Tom.* 1. *Concil. Conſtant. Concil.* 1. *ſeſſ. ult.*

ex mandato tuæ pietatis Conſtantinopoli convenimus, primum quidem mutuam concordiam inter nos renovavimus, &c. *Et paulo poſt;* Rogamus igitur tuam clementiam, ut per literas tuæ pietatis ratum eſſe jubeas, confirmeſque Concilii decretum: & ſicut literis, quibus nos convocaſti, Eccleſiam honore proſecutus es: ita etiam ſummam eorum, quæ decreta ſunt, concluſionem ſententia atque ſigillo tuo corrobores. *a* Atque hæc quidem ad hunc modum Synodo placuerunt, quibus ſuum ſuffragium Imperator adjecit, legemque addidit ut rata haberetur fides Concilii Nicæni, utque Eccleſiæ ubivis gentium collectæ, illis committerentur, qui in ſubſtantiis trium perſonarum, eadem dignitate, eademque potentia præditarum unam & eandem confi-

a Sozom. eod. lib. cap. 9. Socrat. eod. lib. cap. 8. l. Cunctos populos C. de ſum. Trinit. & fid. cathol.

tentur divinitatem Patris, & Filii & Spiritus Sancti, &c.

Porro Imperator ſectarum Epiſcopos ad ſe accerſendos curat: a imperatque ut ſingulæ ſectæ fidei, quam quæque tenebat, declarationem literis proderent. Idcirco qui ex quaque ſecta in dicendi facultate erant diſertiſſimi, hi dogma ſuum ſcriptis mandarunt. Dies ad hanc rem præſtituta fuit. Sectarum Epiſcopi ad Palatium accerſiti, conveniunt. Aderant itaq; Nectarius & Agelius fidei Conſubſtantialis Epiſcopi: Arianorum, Demophilus. Eunomianorum ipſe Eunomius: Macedonianorum, Eleuſius Cizicenſis. Tum vero Imperator eos, qui convenerant, primum benigne ad ſe admittit: capit cujuſque dogma ſcriptis proditum. Deinde ſe in locum ſeparatum ſolum concludit: precatur obnixe, ut Deus illi ad veritatem eliciendam

a *Socrat. eod. lib. cap.* 10. *Sozom. eod. lib. cap.* 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

dam opem ferre vellet. Poſtremo, dogmate cujuſque perlecto, cætera omnia utpote Trinitatis unitatem dirimentia damnat, lacerat: ſolam autem Conſubſtantialis fidem laudat, approbat.

Cap. X.

Idem oſtenditur ex rebus geſtis Theodoſii Iunioris Imp.

a *Cum Celeſtinus antiquæ Romæ Epiſcopus, aliique ſuis admonitionibus apud Neſtorium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, Mariam Deiparam eſſe negantem, nihil proficerent; Theodoſius Iunior Imp. Concilium Epheſinum primum (quod erat generale tertium) indixit.* b Qui autem cum Cyrillo in Concilio erant accerſunt Neſtorium. Ille non obtemperat, ſed ad Ioannis Epiſcopi Antiochiæ adven-

a *Socrat. hiſt. Eccl. lib. 7. cap. 33. Euagr. hiſt. Eccl. lib. 1. cap. 3.* b *Socrat. ibid. Euagr. eod. lib. cap. 4.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

tum cauſæ ſuæ diſceptationem dif-
fert. Quare Cyrillus & alii Epiſco-
pi, qui aderant, cum eo in Concilio
ubi conciones Neſtorii, quas de e
controverſia apud populum recita-
verat, ſæpius perlegiſſent, ex illis-
que judicarent eum contra Filium
Dei impias blaſphemias ſerio dixiſ-
ſe, Epiſcopatu abdicarunt. *a* Poſt
iſtam autem æquiſſimam, juſtiſſi-
mamque pronunciatam ſententiam
Ioannes Antiochiæ Epiſcopus una
cum ſuis Sacerdotibus, quinque
dies poſt abdicationem Neſtorii ve-
nit Epheſum: & ſuis omnibus in
unum convocatis, Cyrillum &
Memnonem abdicat. *Imperator vero
de his rebus certior factus Synodo in hæc
verba ſcripſit:* *b* Quapropter Maje-
ſtati noſtræ viſum eſt, ut hujuſmodi
authoritas nullo pacto locum ha-
beat, & quæ inordinate ſunt geſta
caſſentur: ac primum, quæ de pie-
tat

a *Euag. eod. lib cap.* 5. b *Tom.* 1, *Conci.*
epiſt. Synodal. Concil. Epheſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

tate ſunt dicta, ſicut decretum eſt, examinentur, & quæ communiter univerſæ videbuntur Synodo, in poſterum retineantur. Neque enim pietas noſtra præjudicia de induſtria facta feret: ſed ita quæ facta ſunt moleſte tulit, ut donec ab univerſa prorſus Synodo pietatis fuerint examinata dogmata, & ob eam cauſam quiſquam è noſtro Palatio una cum præclariſſimo comite Candidiano miſſus fuerit, qui, quæ geſta ſunt, ſecundum noſtram juſſionem cognoſcat, & quæ ſunt inconvenientia prohibeat: neque abſcedat quiſquam congregatorum Epiſcoporum ab Epheſiorum civitate, neque ad Majeſtatis noſtræ veniat exercitum, nec in patriam ſuam revertatur, ita ut iſta nemini, quacunque ſpe ducto tranſgredi liceat. Sufficiant quidem iſtæ literæ ad denunciandum veſtræ pietati, ne quod aliud præter noſtram juſſionem, iis, quæ facta ſunt, adjiciatis, &c.

Synodus vero his literis acceptis, aliiſque

reſcriptis, & cum actorum ſuorum commentariis ad Impp. miſsis ſic reſpondet: a Dominatio quidem veſtra ad confirmandam pietatem, ſanctę Synodo diligentiorem dogmatum examinationem facere præcepit, quam & fecimus, veteri Patrum, immo & ſanctorum Apoſtolorum, & Evangeliſtarum, & trecentorum decem & octo, qui Niceæ congregati fuerunt, traditioni obtemperantes, quam & concorditer interpretati ſumus, & animo uno veſtræ pietati in commentariis actorum exhibuimus, & in quibus Neſtorium diverſa ſentire deprehenſum depoſuimus. *Et paulo poſt:* Verum quoniam manifeſte, quæ geſta ſunt, Dominationi veſtræ ſignificare, ſicut diximus, prohibiti ſumus, magnificentiſſimo comite Candidiano, quæ in doctrina pietatis ſunt geſta, manifeſtare nos prohibente, omne vero ſtudium Neſtorio impedente, Dominationem

a *Ibidem.*

nem veſtram oramus, ut ſanctæ Sy-
nodi erga Deum ſtudium cognoſcat,
& magnificentiſſimum Candidia-
num, & quinque Epiſcopos ex ſan-
cta Synodo accerſat, qui res geſtas
coram ſancta veſtra pietate tuean-
tur. *Et iterum in alia epiſtola ad eoſ-
dem pro Cyrillo & Memnone reſtituen-
dis.* a Ob hanc cauſam univerſi ad
pietatis veſtræ dominationem con-
fugimus, ſupplicantes, ut quæ con-
tra Neſtorium & illi conſentientes
ſunt geſta, robur ſuum habeant: quæ
vero ab illis, qui Neſtorium vindi-
cant, & qui cum illo ſentiunt, contra
Synodi noſtræ duces illegitime fa-
cta ſunt, inefficacia & irrita maneãt,
ut neque convenienter, neque cano-
nice, ſed contra eos, qui de nullo
delicto ſunt convicti, ſola ulciſcendi
libidine ab illis ſunt geſta, qui con-
tra ſanctam Synodum cum Neſtorio
ſentiunt. *Et non longe poſt:* Suppli-
camus itaque veſtræ Majeſtati, ut
nos

a *ibidem.*

nos deinceps ab hac tribulatione abſolvat, ac duces ſanctæ Synodi Deo dilectiſſimos Epiſcopos, Cyrillum Alexandrinum & Memnonem Epheſinum reſtitui jubeat, &c. a Atque ubi Theodoſius (qui primo Neſtorii abdicationem minime approbavit, poſt tamen ejus blaſphemia explorate cognita, eidem aſſenſus eſt) literas admodum pias ad Cyrillum & Ioannem Epiſcopos dederat, illi inter ipſos redeunt in gratiam, abdicationemque Neſtorii ratam faciunt.

Ad hæc Imperator lege lata ſic ſtatuit: b Præterea ſancimus, ut qui adfectant impiam Neſtorii opinionem, vel nefariam ejus doctrinam ſectantur, ſi Epiſcopi aut Clerici ſunt, ab Eccleſiis ejiciantur, ſi Laici anathematizentur, ſecundum ea quæ jam à noſtra divinitate ſunt conſtituta, licentiam habituris Or-

tho-

a *Euagr. ibid.* b *l. Decere* 3. §. *Præterea C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol.*

[..]hodoxis, quicunque voluerint, ſe-
[..]undum noſtram legiſlationem abſ-
[..]ue metu & damno ipſos propul-
[..]are & accuſare, &c.

CAP. XI.

Idem oſtenditur ex rebus geſtis Martiani Imp.

MArtianus Imp. quibuſdam Epi-ſcopis, qui querebantur ſe injuria Dioſcoro Epiſcopo Alexandrino affe-[..]os, petentibus, Concilium Chalcedonenſe [..]quod eſt genarale quartum) indixit. [..]uic Synodo interfuerunt DCXXX. [..]piſcopi. b Quorum numero ad-[..]uncti erant Senatores primarii: [..]uibus dixerunt Vicarii Leonis, [..]ioſcorum non debere cum illis [..]n Concilio conſidere, &c. *Cum au-[..]m Dioſcorus de ſententia Senatus in [..] medio conſeſſu ſtatueretur, ſupplex li-[..]ellus Euſebii Epiſcopi Dorylaenſis Im-pera-*

[..] *Euag. hiſt. Eccl. lib. 2. c. 2. & 3.* b *Euag. [..]d. lib. cap. 4. & 18.*

peratoribus oblatus, ipſo petente, lectus fuit, qui eſt hæc verba complexus: a Eſt quidem veſtræ amplitudini propoſitum, ut cunctis, qui veſtro parent imperio, ſedulo provideatis, & cum cæteris omnibus injuria affectis, tum maxime Sacerdotibus benigne opitulemini. In hoc enim Divinum Numen, à quo mortalium imperium & dominatus univerſi orbis vobis tributus eſt, vere colitur. Quare quoniam & fides Chriſtiana, & nos etiam incommoda multa, graviaque contra æquitatis regulam à Dioſcoro reverendiſſimo Epiſcopo Alexandriæ, urbis primariæ, accepimus, ad veſtram benignitatem ſupplices accedimus, ut quod æquum eſt à vobis impetremus. Cauſa autem quærelæ ejuſmodi eſt. In Concilio nuper Epheſi urbis primariæ habito, &c. *b* Poſt hæc Senatores iſta decrevêre. Poſtridie cum Concilium exquiſitius habitum eſſet, de Ortho-

a *Euagr. ibid.* b *Euagr. ibid.*

Orthodoxa & Catholica fide multo accuratius quæſitum videmus. Ac quoniam Flavianus, piæ memoriæ Epiſcopus, & Euſebius reverendiſſ. Dorylæi Epiſcopus, ex Concilii actorum, decretorumque inquiſitione, & ex verbis eorum, qui tum Concilio præſederũt (dixerant enim ſe errore lapſos fuiſſe injuſteque Flavianum & Euſebium abdicaſſe) declarati ſunt minime in fide hallucinati, & propterea inique abdicati, æquum ſane nobis videtur, idque Deo noſtram approbante ſententiam, ut Dioſcorus (modo ita placuerit ſanctiſſimo & diviniſſimo Domino noſtro Imperatori) reverendiſſ. Alexandriæ Epiſcopus, &c. (penes quos tum poteſtas erat, conſilioque illi præſidebant) ſacri Concilii ſententia ac judicio, eodem pœnæ genere, ſicut canones Eccleſiæ poſtulant, mulctati dignitate Epiſcopali abdicentur, omniaq; de ſententia Imperatorum diviniſſimorum decernantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

His vero & aliis rite conſtitutis, Synodus in has voces erumpit: a Omnes fidei ſubſcripſimus: ſic ſentit Leo: ſic nos ſentimus: poſtremo ſic locuti ſunt: De iis rebus retulimus ad diviniſſimum & ſanctiſſimum dominum noſtrum Imperatorem, reſponſumque ab ejus clementia expectamus. *b* Poſt iſta, cum reſponſum, quo, quid de abdicatis conſtituere, Epiſcopis permiſit, à Martiano allatum erat, quemadmodum à Principibus monſtratum eſt, petebant Epiſcopi iſta, ſic locuti: Oramus, ut qui ejuſdem ſunt opinionis, qui idē ſentiunt cum Concilio, & qui epiſtolæ Leonis in Concilio ſubſcripſerunt, in Concilium ingrediantur. Qui facto colloquio in Concilium aſſcripti ſunt. *c* In ſexto vero conventu aderat Martianus Imperator, deque concordia ad Epiſcopos orationem habuit: atque ejus juſſu de-

ciſio

a *Euagr. ibid.* b *Euagr. ibid.* c *Euagr. ibid.*

ciſio fidei per Ætium Archidiaconum Conſtantinopolitanum lecta fuit: cui ſubſcripſere ad unum omnes, ſciſcitatuſque eſt Imperator, illane deciſio facta eſſet de omnium ſententia. Quod ita eſſe omnes ſecundis acclamationibus confirmarunt. *a* Atque Imperatoris hortatu canones ſanciti ſunt, juſque Metropolitanum Chalcedoni tributum: à quo etiam mandatum ut Epiſcopi ad triduum, aut quatriduum manerent, & quod cuique viſum eſſet, illud coram Principibus quiſque proponeret ad exquirendum, & ut, quæ eſſent conſentanea, conſtituerent.

Dimiſſo vero tandem conventu, Imperator ſic ſtatuit: b Nemo Clericus, vel militaris, vel alterius cujuſlibet conditionis, de fide Chriſtiana, publice turbis coadunatis & audientibus, tractare conetur in poſterum, ex

a *Euag. ibid.* b *l. Nemo. 4. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol.*

hoc tumultus & perfidiæ occaſionẽ requirens. *Et paulo poſt :* Igitur ſi Clericus erit, qui publice tractare de religione auſus fuerit, à conſortio Clericorum removebitur : ſi vero militia præditus ſit, &c.

CAP. XII.

Idem ex totius Eccleſiæ conſenſu oſtenditur.

CVm autem Concilii hujus Chalcedonenſis decreta à quibuſdam oppugnarentur, nec minus Alexandriæ ſeditioſa multitudo, interfecto ſuo Epiſcopo Proterio, Timotheum, cognomento Ælurum, ejuſdem civitatis Presbyterum, in ejus locum ſubſtituiſſet; Epiſcopi omnes Ægypti, Clericique Alexandrinæ Eccleſiæ ad Leonem Imp. (qui Martiano ſucceſſerat) ſic ſcribunt: a Hinc itaque veſtram tranquillitatem ſuppliciter exoramus, quatenus dum petitiones noſtræ perveniant ad effectum,

a *Tom. 2. Concil. Epiſt. illuſt. perſ. pro Concil. Chalced.*

ctum, ſancire jubeatis veſtræ ſyllabis pietatis Timotheum ab appetita veſania prohiberi, ut nec ordinationes aliquas tamquam Epiſcopus faciat Epiſcoporum, ſeu Clericorum, aut quorumlibet aliorum, neque collectas debeat celebrare, aut quodlibet aliud Epiſcopi opus facere, &c.

Epiſcopi Lyciæ ad eundem: a Sed etiã his literis mox ad veſtram tranquillitatẽ uſi ſumus, & pene lachrymis noſtram ſupplicationem, non atramento conſcripſimus, rogantes, & ſupplicantes, & tanquã proſtrati pręſentes, ut non ſinatis inimicos Eccleſiæ ſanctas Dei Eccleſias conturbare: ſed & faciatis eas ſub quiete conſiſtere & occaſionem Symbolum fieri requirentium abſcindatis. *Et poſt pauca:* Expellite, ſecundum quod ſcriptum eſt, de concilio peſtilentiam, & virũ ſanguineum auferte de medio, & Conſacerdotes, qui perſecutionem injuſte paſſi ſunt

a *ibidem.*

tanquam pii veſtro more protegite, Eccleſiis proprios ſponſos redonate, & monaſteria congregate, &c.

Epiſcopi primæ Armeniæ ad eundem: a Multi quidem & Scripturas divinas non intelligentes, ſicut ſcriptæ ſunt, propriæ blaſphemiæ dogmata genuerunt, quos Dominus Chriſtus ſua clementia, ut ſacra pietatis veſtræ prudentia, diligentiaque convertat, & vere prædicare verbum veritatis edoceat, & hoc ſapere, quod ſancta dictat Eccleſia, cujus caput quidem eſt Chriſtus, vos autem robur ac fundamentum, imitantes immobilem Chriſti Petram, ſuper quam omnium Creator Eccleſiam ſuam ædificans pietatis requiem condonavit, &c.

Epiſcopi Corinthii ad eundem: b Timotheum vero, ſicut ex his, quæ ſunt ſcripta, cognovimus, nec regulariter, nec conſequenter Sacerdotium obtinere proſpicimus. Quo tamen

a *ibid.* b *ibid.*

tamen modo oporteat ejus cauſam, & ſanctas Eccleſias in illa conſtitutas regione diſponi, ſecundum Deum in veſtræ pietatis & juſtitiæ pendet arbitrio: quæ non minus paci Eccleſiarum, quam ſecuritati civitatum & ſubjectorum providere dignatur: perfecte ſciens, quibus imperare divino judicio conſtituta ſit, docta pariter Eccleſiaſticas ſanctiones, & proprias leges; & per utraque tam orthodoxam fidem, quam Reipub. jura diſponens, &c.

a *Epiſcopi Europæ, Syriæ, Meſopotamiæ, Phœniciæ, Iſauriæ, Ciliciæ, Lydiæ, Pamphiliæ, Cappadociæ, Ponti, Helleſponti, Paphlagoniæ, Dardaniæ, Galatiæ, Epyri, aliique ad eundem Leonem Imp. ſcribunt in eandem ſententiam.*

Hæc nos breviter, & pluribus tamen forte quam inſtituti ratio deſiderabat, ex quatuor primis illis Conciliis generalibus (b *quæ Gregorius Epiſcopus Romanus ſicut*

---

a *ibid.* b *Gregor. lib.* 1. *Regiſt. epiſt.* 24. *& habetur Diſt.* 15. *can. Sicut.*

ſancti Evangelii quatuor libros ſe ſuſcipere & venerari fatetur) proſequuti ſumus. Ex quibus omnibus perſpicuum eſt regimen Politicum longe ſublimius eſſe Eccleſiaſtico: Regumque eſſe de perſonis, & cauſis Eccleſiaſticis quibuſcunque ſtatuere.

CAP. XIII.

Idem ex Sacris Literis oſtenditur.

IDem jus non minus ſub Lege quam Evangelio fuiſſe obſervatum teſtatur Hiſtoria ſacra. a Congregavit ergo David ex toto Iſraële à Schicore Ægypti, uſque qua venis Chamatham, ad deducendum arcam Dei è Kirjathjeharimis, &c. b Quum autem feciſſet ſibi David domos in civitate ſua; & parato loco arcæ Dei tetendiſſet ei tentorium: tum dixit David; non ſunt laturi arcam Dei niſi Levitæ: quia ipſos elegit Iehova ad feren-

a 1. *Chron.* 13. b 1. *Chron.* 15.

ferendum arcam Dei, & miniſtrandum ei uſque in ſeculum. Itaque congregans David omnes Iſraëlitas Ieruſchalaima; ad deducendum arcam Iehovæ in locum ejus, quem paraverat ei. Collegit David filios Aharonis & Levitas iſtos,&c. *a* Tunc diſpoſuit coram arca Iehovæ è Levitis miniſtros; tam ad prædicandum, quam ad celebrandum & laudandum Iehovam Deum Iſraëlis: &c. *b* Itaque dixit David Schelomoni filio ſuo confirmare, eſtoque fortis, & fac, ne timeto, neque conſternator: nam Iehova Deus, Deus meus tecum erit, non deſeret te, neque derelinquet te, donec abſolveris totum opus ad miniſterium domus Iehovæ. Ecce autem diſtributiones Sacerdotum & Levitarum ad unumquodque miniſterium domus Dei: & penes te ſunt ad omne opus omnes voluntarii inſtructi peritia ad

a 1. *Chron.* 16. & 23. 24, 25. 26. b 1. *Chronic.* 28. *verſ.* 20. & 21.

ad omne miniſterium, deniq; principes & totus populus parati ad omnia verba tua.

a Ebjathari autem Sacerdoti edixit Rex [*Schelomo*] Hanathothas abi ad agrum tuum, nam reus mortis es: attamen hoc die non afficiam te morte, quia portaſti arcam Domini Iehovæ, coram Davide patre meo, & quia afflixiſti te in omnibus, quibus afflictus eſt pater meus. Sic ejecit Schelomo Ebjatharem ne eſſet Sacerdos Iehovæ, &c. *b* Tunc congregari juſſit Schelomo Seniores Iſraëlis, & omnes primarios tribuum, principes paternarum familiarum, cum Iſraëlitis ad Regem Schelomonem Ieruſchalaima: ut deducerent arcam fœderis Iehovæ è civitate Davidis, ea eſt Tzijon. Cōgregatis itaque ad Regem Schelomonem omnibus Iſraëlitis, &c.

Similiter de Iehoſchapato Rege legimus:

a 1. *Reg.* 2. *verſ.* 26. *&* 27. b 1. *Regum* 8.

us : *a* Et anno tertio ex quo regnare cœpit miſit cum Præfectis ſuis, cum Ben-Chajile, & cum Hobadja, & cum Zecarja, & cum Nethaneele, & cum Micaja ad docendum per civitates Iehudæ: cum illis, inquam, eos Levitas, Schemahjam & Nethamjam, &c. Qui docuerunt in Iehuda, habentes ſecum librum Legis Iehovæ; & obiverunt omnes civitates Iehudæ docentes populum. Atque etiam Ieruſchalaimis conſtituit Iehoſchapat è Levitis & Sacerdotibus, & ex primoribus paternarum familiarum Iſraëlis, ad judicia Iehovæ, & ad lites, quum reverterentur illi Ieruſchalaima, &c.

c Edixit autem Iehoaſch Sacerdotibus omnem pecuniam ſacrorum, quæ inferetur in domum Iehovæ, pecuniam tranſeuntis, pecuniam æſtimationis animarum cujuſque:

a 2.*Chron.* 17. b 2.*Chron.*19. c 2. *Reg.* 12. & 2. *Chron.*24.

que: omnem pecuniam quam venerit in animum cujuſque offerendi in domo Iehovæ: ſumunto apud ſe Sacerdotes quiſque à noto ſibi, & ipſi curanto labem ipſius domus, ubicunque inventa fuerit labes. Deinde fuit anno vigeſimo tertio Regis Iehoaſchi, nondum curantibus Sacerdotibus labem domus, ut Rex Iehoaſch vocato Iehojadaho Sacerdote, & reliquis Sacerdotibus diceret eis, quare non curatis labem domus? nunc ergo ne accipitote pecuniam ab iis, qui noti ſunt vobis, ſed ad labem domus curandam redditote illam. Cui acquieverunt Sacerdotes, &c.

a *Iechizkija Rex* ipſo anno primo regni ſui, menſe primo, aperuit fores domus Iehovæ, & confirmavit ipſos Sacerdotes. Iuſſit enim convenire Sacerdotes & Levitas, & cōgregavit eos in plateam Orientalem: ac dixit eis, auſcultate mihi ô Levitæ:

a 2. *Chron.* 29.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

tæ: jam ſanctificate vos, & ſanctificate domum Iehovæ Dei majorum veſtrorum, & efferte quod ſeparandum eſt è ſancto. *Et infra*: Tum venientes intro ad Iechizkijam Regem dixerunt. Purgavimus totam domum Iehovæ, &c. *a* Reſtituit vero Iechizkija diſtributiones Sacerdotum ac Levitarum per diſtributiones eorum, quemque ſecundum miniſterium ipſius, Sacerdotes & Levitas, in holocauſta & in euchariſtica, ad miniſtrandum, & ad celebrandum, atque ad laudandum in portis caſtrorum Iehovæ, &c.

b *Ioſchija Rex ſimiliter* conſtituens Sacerdotes in cuſtodiis ſuis, confirmavit eos in miniſterio domus Iehovæ. Edixit vero Levitis præparantibus pro toto Iſraële res ſanctas Iehovæ ponite eas coram arca ſancta in iſta domo, quam ædificavit Schelomo filius Davidis Rex Iſraëlis, non incumbit vobis onus

a 2. *Chron*. 31. b 2. *Chron*. 35.

deportandi humero: nunc ſervite Iehovæ Deo veſtro, & populo eius Iſraëli: & præparate per familias paternas veſtras, ſecundum diſtributiones veſtras, ex præſcripto Davidis Regis Iſraëlis, & ex præſcripto Schelomonis filii eius, &c.

Multa alia hujuſmodi in Sacris literis habentur. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt poteſtatem Eccleſiaſticam Civili, & Sacerdotium Regno ita cedere, ſubjicique, ut Clerici in omnibus ac ſingulis officii ſui partibus Regum imperio teneantur.

CAP. XIV.

Diluuntur dubia quædam, quæ adverſus prædicta moventur.

a *APoſtolus quidem acriter reprehendit Corinthios, quod alii alios ad Iudicum infidelium tribunalia pertraherent.* b Sed videtur, *inquit Thomas,* eſſe contra id quod dicitur 1.Petr.2. Sub-

a 1.*Corinth.*6. b *Thom.in* 1.*Corinth.*6.

Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Regi tamquam præcellenti, ſive ducibus tamquam ab eo miſſis. Pertinet enim ad authoritatem Principis judicare de ſubditis. Eſt ergo contra jus divinum prohibere, quod ejus judicio non ſtetur, ſi ſit infidelis. Sed dicendum, quod Apoſtolus non prohibet, quin fideles ſub infidelibus Principibus conſtituti, eorum judicio compareant, ſi vocentur: hoc enim eſſet contra ſubjectionem quæ debetur Principibus: ſed prohibet quod fideles non eligant voluntarie infidelium judicium.

Huc accedit aliorum omnium interpretum hujus loci conſenſus. Nihil igitur hic ab Apoſtolo Principum juri in Clericos, ulloſve alios detrahitur: ſed modus tantum Chriſtianorum quorundam licentiæ imponitur; qui malebant non ſine ſummo Eccleſiæ ſcandalo apud Iudices infideles litigare, quam de fratrum ſuorum Chriſtianorum ſententia controverſias componere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Conſtantinus Magnus Imp. lege lata, Clericis, a qui erant in judicium vocati poteſtatem dedit, ſi modo animum inducerent Magiſtratus civiles rejicere, ad Epiſcoporum judicium provocandi. b *Conſtantinus deinde & Conſtans ejuſdem Conſtantini filii Epiſcopis aliud privilegium indulſerunt, ne de criminibus apud ſeculares Iudices accuſarentur. Denique Iuſtinianus Imperator ſtatuit*, c ut Clerici apud proprios Epiſcopos primum conveniantur, & poſt hoc apud civiles Iudices.

Hæc & multa alia hujuſmodi privilegia Principum benignitate in Clericos collata ſunt, quibus à muneribus omnibus civilibus excuſati ſunt, & Magiſtratuum inferiorum judicio in nonnullis cauſis exempti: numquam tamen ea immunitate donati ſunt (legantur omnia privilegia iis conceſſa) ut ipſorum Principum juriſdictioni, perinde ac cæteri

a *Sozom. hiſt. Eccl. lib.* 1. *c.* 9. b *l. Manſuetudinis* 12. *C. Theodoſ. de Epiſcop. & Cleric. lib.* 16. c *Novell.* 83.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

teri cives, non in omnibus ſubeſſent. Quod ſi autem Imperatores illi Romani Clericos legum omnium vinculis ſolviſſent, liberoſque omnino à ſe dimiſiſſent; quid hoc ad eos, qui ſub aliorum Principum imperio conſtituti vitam degunt, quibus nihil tale indultum eſt? nunquid & hi liberi cenſendi erunt? Nihil minus profecto. a Ante omnia, *ut ait Paulus Iuriſconſultus*, animadvertendum eſt, ne conventio in alia re facta, aut cum alia perſona, in alia re, aliave perſona noceat. *Non potuerunt profecto Principes, nec adhuc poſſunt Clericos, aut quoſcunque alios, intra ditionum ſuarum fines habitantes ea libertate donare, ne ipſis ſubſint, néve delinquentes judicari aut puniri poßint: niſi eadem opera ſeſe regno abdicent. Eſt enim,* b *teſte Apoſtolo, Magiſtratus proprium inſeparabile quoſcunque bene aut male agentes præmiis vel pœnis poſſe afficere.*

a *l. Si unus. 27. §. Ante omnia D. de Pact.* b *Rom. 13.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Secundum præceptum illud Apoſtoli [a] *ad Corinthios, & privilegia iſta Clericis à Principibus conceſſa, Concilium Carthaginenſe tertium ſtatuit:* [b] Ut quiſquis Epiſcoporum, Preſbyterorum, & Diaconorum ſeu Clericorum, cum in Eccleſia ei crimen fuerit intentatum, vel civilis cauſa fuerit commota, ſi relicto eccleſiaſtico, publicis judiciis purgari voluerit, etiamſi pro ipſo prolata fuerit ſententia, locum ſuum amittat, & hoc in criminali judicio: in civili vero perdat, quod evicit, ſi locum ſuum obtinere voluerit. Cui enim (*inquit*) ad eligendos judices undique patet authoritas, ipſe ſe indignum fraterno conſortio indicat, qui de univerſa Eccleſia male ſentiendo, de judicio ſeculari poſcit auxilium: cum privatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus ad Eccleſiam deferri, atque ibi determinari præcipiat.

Con-

a 1. *Cor.* 6. b *Concil. Carthag.* 3. *can.* 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Concilium Chalcedonenſe in eandem ſententiam. a Si quis Clericus adverſus Clericum habeat negotium, non derelinquat proprium Epiſcopum, & ad ſecularia percurrat judicia. Sed prius actio ventiletur apud proprium Epiſcopum, vel certe conſilio ejuſdem Epiſcopi, apud quos utræq; partes voluerint, judicium obtinebunt. Si quis præter hæc fecerit canonicis correptionibus ſubjacebit. *Eadem aut non abſimilia in Concilio Agathenſi can. 32. Matiſconenſi primo can. 8. Toletano tertio can. 13. aliiſque definita ſunt. Nihil igitur iſtis, ullisve aliis Conciliorum decretis (quamdiu Eccleſia in ſua puritate viguit, liberaque ab Antichriſti illius Romani tyrannide permanſit) Principum juri in Clericos derogatum eſt. Non enim vetant Patres, nec vetare potuerunt, ne Principes (quorum juriſdictioni & ipſi ſuberant) de Clericorum cauſis, ſi quando ipſis libitum eſſet, cognoſcerent: ſed vetuerunt*

a *Concil. Chalced. can. 9.*

ne Clerici, ſpretis aut relictis Iudicibus Eccleſiaſticis, alii alios ad judicia publica vocarent, canonicis pœnis in non parentes conſtitutis. Hoc autem non eſt liberare Clericos à ſubjectione Principum, aut eorum juriſdictioni, judicioque præjudicium facere: ſed Clericos, rectum omnem judiciorum ordinem pervertentes, Eccleſiaſticis animadverſionibus coërcere.

CAP. XV.

Quod primi illi Epiſcopi Romani ſuam, adeoque Clericorum omnium erga Principes ſeculares obedientiam non minus in Eccleſiaſticis quam Civilibus agnoverunt.

a QVod autem *Bellarminus ait legem Canonicam* (cui cedere, *inquit*, debet lex Imperialis: cum poſſit Pontifex Imperatoribus jubere in iis, quæ ad Eccleſiæ auctoritatem ſpectant)

a *Bellar. lib. 1. de Cleric. cap. 28.*

[ſp]ectant) *Clericos ſimpliciter exemiſſe, [et]iam in cauſis criminalibus, ſuam ma[xi]me prodit inſcitiam, aut verius ma[li]tiam. Tantum abeſt profecto ut primi [il]li Epiſcopi Romani, florentiſſimis Ec[cl]eſiæ temporibus, Clericos legum pœnis [ex]emerint; ut tum ſe, tum eos Princi[pu]m ſecularium judicio non minus in [E]ccleſiaſticis quam Civilibus obnoxios [a]perte ac ingenue teſtati ſint: tum pro [ei]s puniendis Magiſtratibus ſupplicarint. [Q]uum Cecilianus Epiſcopus civitatis [C]arthaginenſis,* a *ut refert Euſebius, à [q]uibuſdam collegis ſuis in Africa ordi[n]atis Epiſcopis, multis de rebus in cri[m]en vocaretur, Conſtantinus Magnus [I]mp. ſcripſit ad Miltiadem Epiſcopum [R]omanum, & quoſdam alios, ut, ha[b]ito Concilio, litem hanc dirimerent.* b Quod & factum eſt (*inquit Augu[ſt]inus ſcribens ad ipſos Donatiſtas*) in [U]rbe Roma, præſidente Miltiade Epiſco-

---

a *Euſeb. hiſtor. Eccleſ. lib.* 10. *cap.* 5. b *Auguſt. Donatiſt. epiſt.* 166.

Epiſcopo illius Eccleſiæ cum mu‑
tis collegis ſuis, &c.

*Sozomenus de Iulio Epiſcopo Roma‑
no:* a At cum literis apud Epiſco‑
pos Orientis, de rebus, propter qu‑
ſcripſiſſet, nihil proficeret, cauſa‑
Athanaſii & Pauli ad Conſtante‑
retulit. Qui quidem dedit liter‑
ad fratrem Conſtantium, ut quo‑
dam Epiſcopos Orientis Romam
mitteret, de abdicatione Athana‑
& Pauli reſponſuros, &c.

*Flaviano vero & Euagrio de Ep‑
ſcopatu Eccleſiæ Antiochenæ digladiant‑
bus,*(b *ut tradit Theodoretus,*) *Theodoſi‑
Imp. reclamante Damaſo, Siricio, &
Anaſtaſio, tribus Epiſcopis Romanis ſi‑
invicem ſuccedentibus, Flavianum E‑
cleſiam ſibi commiſſam gubernare juſſi‑*
Longo vero jam tempore intermi‑
ſo, Imperator Romam denuo ac‑
ventans, in idem crimen rurſus a
Epiſcopis vocatus eſt, quod ſcilice‑
tyran‑

a *Sozom. hiſt. Eccl. lib. 3. cap. 9.* b *Theo‑
doret. hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 23.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

yrannidem Flaviani non repreſſe-
it. Tum Imperator eos dicere ju-
et, quod ſit tyrannidis genus. Nam
pſe, inquit, Flaviani partes ſuſci-
iam, & cauſam ejus agam in judi-
io. Cum autem illi reſponderent,
non poſſe cum Imperatore ju-
icio diſceptare, hortatur, uti dein-
eps concordiam in Eccleſia conſti-
uant, dirimant lites, & inanis con-
entionis flammam extinguant.
Iam Paulinum jampridem è vita
xceſſiſſe, & Euagrium contra leges
ccleſiæ deſignatum fuiſſe Epiſco-
um: quin etiam omnes Eccleſias
rientis Flaviano præſuli adhære-
ere. Atque præter eas, Aſianam
ræterea diœceſim, Ponticam &
hreiciam cum eo communicare,
ique ſe addixiſſe. Illyriam porro
niverſam agnoſcere eum inter E-
iſcopos Orientis principatum ob-
nere. Huic hortationi obſecuti E-
iſcopi Occidentis, promittunt ſe
multatem depoſituros, & legatos,
uià Flaviano mitterentur, admiſ-
ſuros.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

ſuros, &c.

Leo Magnus Epiſcopus Romanu[s] Theodoſio Imperatori. a Unde ſi pie-tas veſtra ſuggeſtioni ac ſupplicatio-ni noſtræ dignetur annuere, ut intr[a] Italiam haberi jubeatis Epiſcopal[e] Concilium, cito (auxiliante Deo) poterunt omnia ſcandala, quæ i[n] perturbationem totius Eccleſię ſun[t] commota reſecari, &c. *Et iterum* b Cui ſacramento quia impie nun[c] à paucis imprudentibus obviatur, omnes partium noſtrarum Eccleſię, omnes manſuetudini veſtræ cum gemitibus & lachrymis ſupplican[t] Sacerdotes, ut quia & noſtri fide-liter reclamarunt, & eiſdem libel-lum appellationis Flavianus Epi-ſcopus dedit, generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari, &c.

Cum autem Theodoſius cunctaretur atque interim moriretur, Leo prece[s] ſuas ad Martianum Imp. (qui ei ſuc-ceſſera[t]

a *Leo epiſt.* 11. *ad Theodoſ. Imp.* b *Le[o] epiſt.* 24. *ad eund.*

eſſerat) renovavit. a Poſtquam quidem *(inquit)* à glorioſiſſima clementia veſtra, ut Synodum, quam pro reparanda Orientalis Eccleſiæ pace, à nobis etiam petitam, neceſſariam judicaſtis, aliquantiſper differri ad tempus opportunius juberetis, ut liberioribus ab omni perturbatione animis, hi quoque Epiſcopi, quos hoſtilitatis metus detinet, convenirent. Sed quia pio ſtudio humanis negotiis divina præponitis, & rationabiliter ac religioſe regni veſtri viribus creditis profuturum, ſi nulla ſit in Sacerdotum ſenſibus diſſonantia, nulla ſit in Euangelii prædicatione diſcordia, ego etiam veſtris diſpoſitionibus non renitor, &c. *Et paulo poſt:* Unde per ipſum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui regni veſtri eſt autor & rector, obteſtor & obſecro clementiam veſtram,

M ut

a *Leo ad Martianum Imperat. epiſt.* 43. 42. *&* 50.

ut in præſenti Synodo fidem, quam beati Patres noſtri ab Apoſtolis ſibi traditam prædicarunt, non patiamini quaſi dubiam retractari, & quæ olim à maiorum authoritate ſunt damnata redivivis non permittatis conatibus excitari. Illudque potius jubeatis, ut antiquæ Synodi Nicænæ conſtituta, remota hæreticorum interpretatione, permaneant.

Martianus quidem Concilium non in Italia, ut volebat Leo, ſed in Oriente primum Nicææ, deinde Chalcedone, (ut ante dictum eſt) juſſit haberi. Et poſt Concilium Chalcedonenſe idem Leo ad eundem Martianum ſic ſcribit: a Nam cum veſtro præcipue opere ſit effectum, ut per Synodale concilium damnatis impii dogmatis defenſoribus, omnes vires ſacrilegus error amitteret, ad eiuſdem devotionis pertinet palmam, ſi malum quod in ſuis ducibns eſt oppreſſum, etiam in

a *Leo ad Mart. Imp. epiſt.* 59.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

in quibuſcunque reliquiis deleatur. *Et infra:* Quia vero omnibus modis obediendum eſt pietati veſtræ, religioſiſſimæque voluntati, conſtitutionibus Synodalibus, quæ mihi de confirmatione fidei catholicæ, & hæreticorum damnatione placuerunt, libens adjeci ſententiam meam, &c.

Et ad Leonem Imp. (qui Martiano ſucceſſit) quum Concilij huius Chalcedonenſis decreta à quibuſdam in dubium vocabantur, & Sedes Alexandrina (ut dixi) à Timotheo occupabatur, idem Leo ita ſcribit: a Officiis, quæ ad gratulationem imperii veſtri pertinent, perſolutis, etiam hanc paginam neceſſariæ ſupplicationis adjeci: qua catholicæ fidei divinitus præparatum favoris veſtri poſco præſidium, &c. *Vnde epiſtolam ſuam ſic concludit:* Prout ergo miſericordia Dei, conſilio Spiritus ſui, men-

a *Leo ad Leonem Auguſt. epiſt.* 73. 74. 75. 78.

tem veſtræ pietatis inſtruxerit, ſanctæ primitus Alexandrinæ Eccleſiæ pacis reparationi conſulite, & per Catholicos Sacerdotes talem provideri jubete Pontificē, in quo & in actuum probitate, & in fidei perfectione nihil poſſit reprehenſibile reperiri, ut omnibus ritè compoſitis eadem ubique ſervetur prædicatio veritatis.

Pelagius Papa, cujus ſententia inter canones refertur: a Sed quid de talibus inſertus Chalcedonenſi Synodo canon ſtatuat, gloria veſtra conſideret, ubi poſt alia ſic dicit. Qui à communione ſeipſum ſuſpendit, & collectam facit, & altare conſtituit, & noluerit vocanti Epiſcopo conſentire, & noluerit eidem acquieſcere, neque obedire primo & ſecundo vocanti, hunc omnino damnari, nec umquam vel orationem mereri, nec recipere eum poſſe honorem. Si enim permanſerit turbas faciens, &

a 23. *q*. 5. *can*. *Non vos.*

& ſeditiones Eccleſiæ, per exteram Poteſtatem tamquam ſeditioſum comprimi, &c. *Idem Narſæ patritio, & Duci in Italia : a* Nolite ergo dubitare hujuſmodi homines principali, vel judiciali auctoritate comprimere : quia regulæ Patrum hoc ſpecialiter conſtituerunt, ut ſi qua Eccleſiaſtici officii perſona, cui ſubjectus eſt, reſtiterit, vel ſeorſum collegerit, aut aliud altare erexerit, ſeu ſciſma fecerit, iſte excommunicetur atque damnetur. Quod ſi forte & hoc contempſerit, & permanſerit, diviſiones & ſciſmata faciendo, per Poteſtates publicas opprimatur, &c. b *Idem ſcribit ad Ioannem patritium in eandem ſententiam.*

Tulerat forte Mauritius Imp. legem quandam, quam Gregorius ille Magnus, Epiſcopus Romanus iniquam, & Eccleſiaſticæ libertati nonnihil adverſantem cenſebat: accepto tamen Imperiali de ea

a *ibidem can. De Liguribus.* b *ibidem can. Relegentes.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

publicanda mandato, eam ad varias re-giones promulgandam tranſmiſit: & ad Imperatorem in hæc verba ſcripſit: a Ego autem indignus pietatis veſtræ famulus. *Et paulo poſt:* Ad hoc enim poteſtas ſuper omnes homines Dominorum meorum pietati cœlitus data eſt. *Unde epiſtolam ſuam ita concludit:* Ego quidem juſſioni ſubjectus, eandem legem per diverſas terrarum partes tranſmitti feci: & quia lex ipſa Omnipotenti Deo minime concordat, ecce per ſuggeſtionis meę paginam ſereniſſimis Dominis nunciavi. Utrobique ergo, quæ debui, exolvi, qui & Imperatori obedientiam præbui, & pro Deo quod ſenſi minime tacui.

Leo IV. Papa ad Ludovicum Imp. b Nos ſi incompetenter aliquid egimus, & ſubditis juſtæ legis tramitem non conſervavimus, veſtro ac miſſorum veſtrorum cuncta volu-mus

a *Gregor. lib. 2. epiſt. 61. indict. 11.* b *2. q. 7. can. Nos ſi.*

mus emendare judicio: *Et paulo poſt:* Inde magnitudinis veſtræ magnopere clementiam imploramus, ut tales ad hæc, quæ diximus, perquirenda miſſos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta (quemadmodum ſi veſtra præſens fuiſſet imperialis gloria) diligenter exquirant, & non tantum hæc ſola, quæ ſuperius diximus, quærimus, ut ad amuſſim exagitent, ſed ſive minora, ſive etiam majora illis ſint, de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatenus in poſterum nihil ſit, quod ab eis indiſcuſſum, vel indefinitum remaneat.

Hæc & multa alia hujuſmodi, quæ recenſere longum eſſet, memoriæ prodita ſunt. Tantum abeſt profecto ut Epiſcopi Romani Clericos Principum judicio exemerint, ut ne ſeipſos quidem liberare potuerint. Nam Conſtantius Imp. Liberium Papam miſit in exilium: Iuſtinianus Sylverium. Theodoricus Rex Ioannem I in carcerem conjecit. Otho I

Ioannem XII depoſuit, & in ejus locum Leonem VIII ſubſtituit. Henricus III Gregorium VI depoſuit, & Clementem II ordinari juſſit. a De quibus omnibus (*ut ait Bellarminus*) plenæ ſunt hiſtoriæ illorum temporum.

Bellarminus fatetur, immo firmiſsimis rationibus oſtendit Papam in civilibus omnibus cauſsis Principum infidelium judicio, perinde ac alios mortales, fuiſſe obnoxium. b Secundo, *inquit*, dici poteſt, & melius cum Alberto Pighio lib. 5. Hierarchiæ Eccleſiaſticæ cap. 7. diſcrimen eſſe inter Principes Ethnicos & Chriſtianos. Nam quo tempore Principes erant Ethnici, non erat Pontifex judex illorum; ſed è contrario illis ſubjectus erat in civilibus omnibus cauſſis, non minus quam cæteri homines. Quod enim non eſſet Pontifex judex illorum, patet; quia non eſt judex niſi fide-

a *Bellarmin. de Romano Pontifice lib. 2. cap. 29.* b *Bellar. de Romano Pontif. ibid.*

idelium, juxta illud 1. Corinth. 6.
Quid ad me de his qui foris ſunt
udicare? Quod vero è contrario
ſſet ipſe illis ſubjectus civiliter de
ure, & de facto, patet etiam.
Nam lex Chriſtiana neminem pri-
at ſuo jure, & dominio. Sicut er-
o ante Chriſtianam legem homi-
es ſubjecti erant Imperatoribus &
Legibus, ita etiam poſtea. Quare
etrus & Paulus paſſim hortantur
ideles, ut ſubditi ſint, Principibus,
t patet ad Rom. 13. ad Titum 3. &
. Pet. 2. Merito itaque Paulus Cæ-
arem appellavit, eumque judicem
gnovit, cum accuſaretur ſeditionis,
t tumultus in populo excitati. At
ero cum Principes Chriſtiani facti
unt, & ſponte leges Euangelii
uſceperunt; continuo ſe tam-
uam oves Paſtori, & membra ca-
iti, ſubjecerunt Præſidi Eccleſia-
ticæ Hierarchiæ; & proinde ab illo
udicari, non illum judicare dein-
eps debent.

His poſitis, quidam Pontificius contra

ſic

ſic argumentatur: a At vero conſtare oportet, Principes ſcientes prudentes conceſsiſſe in ditionem ac poteſtatem temporalem Pontificis; vel fatendum ipſos eo jure & conditione, quantum ad regalem dignitatem attinet, poſt baptiſmum permanſiſſe, quo fuerunt antequam ſacris Chriſtianis initiarentur. Nam, vel ipſomet teſte, Lex Chriſtiana neminē privat ſuo jure & dominio. At vero antequam Chriſto nomen darent, civiliter de jure & de facto, ut ille ait, dominabantur Pontifici, & eum judicare in temporalibus jure poterant: ergo ſimiliter & poſt baptiſmum jure potuerunt. Quod ſi ita eſt fieri nullo modo poteſt, ut ipſi ab illo in temporalibus judicentur: cum ſit impoſſibile aliquem eſſe ſuperiorem & inferiorem in eodem poteſtatis genere, reſpectu unius & ejuſdem.

a *Bel-*

a *Barcl. de Poteſt. Pap. in Princip. Chriſt. cap.* 16.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

a *Bellarminus vero his anguſtiis concluſus, quo ſe expediat, non ſolutis argumentis, quibus primam illam ſuam ſententiam confirmavit, fœdiſſimam canit palinodiam: ut hinc facile appareat illum non veritati, ſed cauſæ, quod aiunt, inſervire.*

CAP. XVI.

De poteſtate Epiſcopi Romani in Principes ſeculares.

DE *hac Epiſcopi Romani in Principes ſeculares poteſtate inter Pontificios non bene convenit.* b *Alii enim volunt hunc ſuum* ſummum Pontificem jure divino habere pleniſſimam poteſtatem in univerſum orbem terrarum, tum in rebus Eccleſiaſticis, tum in Politicis. *Alii (è quorum numero Bellarminus eſt) illa ſententia (quæ quorundam Canoniſtarum*

---

a *Bellar. de poteſt. Pap. adverſ. Barcl. cap.* 16. b *Bellar. de Rom. Pontif. lib.* 5. *cap.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

rum eſt) *refutata, ſtatuunt* Pontificem ut Pontificem non habere directe & immediate ullam temporalem poteſtatem, ſed ſolum ſpiritualem: tamen ratione ſpiritualis habere ſaltem indirecte poteſtatem quandam, eamque ſummam, in temporalibus. a *Alii denique ſolidiſſimis rationibus oſtendunt Papæ nihil juris in Regum & Principum temporalia directe aut indirecte eſſe. Omnes tamen conſentiunt, unoque ore affirmant omnes Imperatores, Reges & Principes Chriſtianos ſpirituali hujus ſui ſummi Pontificis, Chriſti vicarii, & Petri ſucceſſoris imperio teneri. Quo igitur de his omnibus melius conſtet, paulo diligentius in hanc Epiſcopi Romani ſpiritualem poteſtatem inquirendum erit.*

Ac primum, conſtat omne regni hujus Spiritualis imperium penes ſolum Chriſtum eſſe: Chriſtum, inquam, b *illum* Prin-

a *Barcl. de poteſt. Pap. in Princip. Chriſt. Roger. VVidringt. Apolog. pro jur. Princip. & alij.* b 1. *Petr.* 5. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Principem Paſtorum, *a* Apoſtolum & Pontificem profeſſionis noſtræ, *b* Sacerdotem magnum præfectum domui Dei, *c* Caput Eccleſiæ, *d Sanctum & Veracem illum*, qui habet clavem Davidis, qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit, *e Regem ſuper ſanctum ſuum montem à Domino conſtitutum; de quo Prophetæ vaticinerunt*, *f* ipſius humeris principatum geſtandum, eumque in ſolio Davidis ſeſſurum, ut illud ſtabiliret judicio & juſtitia in ſecula. *Hinc eſt illud Salvatoris noſtri ad diſcipulos ſuos: g* Vos autem ne vocemini Rabbi. unus eſt enim Magiſter veſter, vos autem omnes fratres eſtis. Et patrem ne vocetis vobis in terra: unus eſt enim Pater veſter, qui eſt in cœlis. Neque vocemini duces: quoniam unus eſt Dux veſter

N Chri-

a *Hebr.* 3. b *Hebr.* 10. 21. c *Eph.* 1. 22. & 4. 15. & 5. 23. d *Apocalyp.* 3. 7. e *Pſal.* 2. 6. & 45. 7. f *Iſai.* 9. 6. g *Matt.* 23. 8. *Ioann.* 13. 13.

Chriſtus. Is autem qui maximus eſt inter vos erit vobis miniſter. *a* Unus eſt Legiſlator *(ut ait Iacobus Apoſtolus)* qui poteſt ſervare & perdere: tu quis es, qui damnas alium? *Et Paulus ad Corinthios: b* Non quod dominemur veſtræ fidei, ſed quod adminiſtri ſimus gaudii veſtri.

c Unde Bernardus ad Eugenium Papam: Nec enim tibi ille *(ſcilicet Petrus)* dare, quod non habuit, potuit. Quod habuit, hoc dedit, ſolicitudinem, ut dixi, ſuper Eccleſias. Numquid dominationem? Audi ipſum. Non dominantes, ait, in clero, ſed forma facti gregis. Et ne dictum ſola humilitate putes, non etiam veritate, vox Domini eſt in Euangelio: Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Et infert: Vos autem non ſic. Planum eſt Apoſtolis interdicitur dominatus.

I ergo

a *Iacob*.4.12. b 2.*Cor*.1.24. c *Bernar*. *de conſid. ad Eugen*.*lib*.2.*cap*.6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

[I]d ergo tu, & tibi uſurpare aude, aut dominans Apoſtolatum, aut Apoſtolicus dominatum. Plane ab alterutro prohiberis. Si utrumque ſimul habere voles, perdes utrumque.

Quæ cum ita ſint, ſatis apparet Papam nihil ſibi in Eccleſia præter nudum miniſterium vendicare poſſe. Apoſtolus ſcribens ad Epheſios de Salvatore noſtro inquit: a Is igitur dedit alios quidem Apoſtolos, alios vero Prophetas, alios autem Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores, ad coagmentationem Sanctorum, ad opus miniſterii. &c. *Papa vero non eſt Apoſtolus, neque Propheta, neque Euangeliſta, quorum munera fuerunt extraordinaria, in illis Euangelii primordiis plane quidem neceſſaria: ſed quæ poſtea conſtitutis Eccleſiis continuari ac perennare non fuit neceſſe. Reſtat igitur ut ſit Paſtor vel Doctor.*

Bellarminus ait b magnum eſſe

---

a *Epheſ.*4.11. 1.*Cor.*12.28. b *Bellar.de Rom.Pontif.lib.*4.*cap.*25.

diſcrimen inter ſucceſſionem Petri & aliorum Apoſtolorum. Nam Romanus Pontifex (*inquit*), proprie ſuccedit Petro, non ut Apoſtolo, ſed ut Paſtori ordinario totius Eccleſiæ & ideo habet ab illo Romanus Pontifex juriſdictionem, à quo habuit Petrus. At Epiſcopi non ſuccedunt proprie Apoſtolis; quoniam Apoſtoli non fuerunt ordinarii, ſed extraordinarii, & quaſi delegati Paſtores, qualibus non ſucceditur. *Quod ſi autem Papa non ſuccedit Petro in Apoſtolatu, certe neque in univerſa Eccleſiæ Primatu.* a *Legimus enim Petrum unum ex duodecim illis fuiſſe Apoſtolis, à Salvatore noſtro immediate vocatis, & ad univerſum terrarum orbem obeundum, præconiique ſui luce colluſtrandum, miſſis. Aſt ordinariæ hujus totius Eccleſiæ Præfecturæ, aut alterius cujuslibet functionis, præterquam Apoſtolatus, (quod ipſius Bellarmini, & omnium ſummo conſenſu eſt*

munus

a *Matth.* 10. *Marc.* 3. *Luc.* 6. *Ioan.* 20.

munus extraordinarium) ei à Chriſto in in Eccleſia conceſſæ, nullum in Sacris literis, ulliſve Patrum ſcriptis, teſtimonium, ac ne leviſsimum quidem veſtigium apparet.

a Ut autem intelligeremus (*inquit Bellarminus*) hanc ſummam poteſtatem collatam Apoſtolis omnibus, ut legatis, non ut Paſtoribus ordinariis, & cum quadam ſubjectione ad Petrum, ſoli Petro dicitur, Ioan. 21. Paſce oves meas, quemadmodum ſoli illi dictum erat: Tibi dabo claves. Claves enim regni ut principalis & ordinarius præfectus tunc ſolum accepit, cum audivit, Paſce oves meas. Tunc enim etiam Apoſtolorum fratrum ſuorum cura ei commiſſa eſt. *Nugæ. Longe aliud vult Cyprianus, his verbis: b* Hoc erant utique & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis, ſed exordium

a *Bellar. de Rom. Pontif. lib.* 1. *cap.* 12.
b *Cypr. de unit. Eccleſ.*.

ab unitate proficiſcitur. *Et Auguſtinus:* a Sed Dominus cum illo ſic egit, tanquam diceret: Ter me negaſti timendo, ter me confitere amando. *Cyrillus in eandem ſententiam:* b Nam quoniam cum aliis Apoſtolatus nomine Petrus ab ipſo Chriſto decoratus ter in tempore paſſionis negavit, jure nunc ab eo terna dilectionis confeſſio petitur: ut terna negatio æquali confeſſionis numero compenſetur. Ita quod verbis commiſſum fuit, verbis curatur.

Hæ & aliæ hujuſmodi cauſſæ, cur Dominus Petrum ita alloquutus ſit, ſuaſque oves ei paſcendas iterum atque iterum commendaverit, ab iſtis, aliiſq; Patribus aſsignantur: quorum nemini novum hoc Pontificiorum commentum umquam in mentem venit.

Quod ſi autem Petrus ordinariam totius Eccleſiæ Præfecturam, adeoque fratrum ſuorum Apoſtolorum curam, his Chriſti

a *Auguſtin. in Pſal.* 92. b *Cyrill. in Evang. Ioann. cap.* 64.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Chriſti verbis, Paſce oves meas, *acce-
piſſet; tunc certe Papam, ejus (ut vo-
lunt Pontificii) in hoc Primatu ſucceſ-
ſorem, cæteris omnibus Apoſtolis majo-
rem ac ſuperiorem fuiſſe neceſſe eſt:
quod nemo ſobrius aut ſanæ mentis affir-
marit.*

a Si haberent Epiſcopi *(inquit Bel-
larminus)* à Deo ſuam juriſdictio-
nem, non poſſet Pontifex illam au-
ferre, aut mutare. Non enim poteſt
Pontifex aliquid agere contra Dei
ordinationem. *Secundum has ipſius
Jeſuitæ* κυρίας δόξας, *ſi Epiſcopus Ro-
manus ſuam poteſtatem à Chriſto acci-
peret, non poſſet Eccleſia illam auferre,
aut mutare. Non enim poteſt Eccleſia
aliquid agere contra Dei ordinationem.
At certum eſt Eccleſiam id poſſe facere,
& ſæpius etiam feciſſe. Præclare Sal-
vator noſter.* b Si vero peccaverit in
te frater tuus, vade & argue eum
inter te & ipſum ſolum. *Et paulo*

 poſt:

a *Bellar. de Rom. Pontif. lib. 4. cap. 24.*
b *Matth. 18.15.*

poſt: Dic Eccleſiæ: &c. a Hic enim locus (*inquit Bellarminus*) etſi varias explicationes admittat, tamen cum Concilium legitimum omnium conſenſu maxime proprie dici poſſit Eccleſia, non poteſt ullo modo rejici hæc explicatio, qua aſſerimus, Dominum juſſiſſe ut ſententiæ legitimi Concilii obediamus. *Marcellinus Papa à Concilio Sinueſſano, & Gregorius VI à Concilio quodam Sutrino*, b *teſte Bellarmino, damnati ac depoſiti fuerunt*. Generale c (*ut idem ait*) nec approbatum nec reprobatum, videtur eſſe Concilium Piſanum, quod anno M C D I X depoſuit Gregorium XII & Benedictum XIII, & elegit Alexandrum V. *Concilium Conſtantienſe ſtatuit*, d quod ipſa Synodus in Spiritu ſancto con-

a *Bellar. de Concil. & Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 18. b *Bellar. de Concil. lib.* 2. *cap.* 19. & *Chronolog. part. alt. ann.* 1047. c *Bellar. de Concil. lib.* 1. *cap.* 8. & *lib.* 2. *c.* 13. d *Concil. Conſtant. ſeſſ.* 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Congregata legitime, generale Concilium faciens, Eccleſiam catholicã militantem repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediate habet, cui quilibet, cuiuſcunq; ſtatus vel dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad finem & extirpationem dicti ſciſmatis, & reformationem generalem Eccleſiæ Dei in capite & in membris. *Nec magis diſſerendi ſubtilitate, quam animadvertendi ſeveritate ſuam ſententiam declaravit.* a *Nam tribus Pontificibus, Ioanne XXIII, Gregorio XII, & Benedicto XIII, depoſitis, Martinum V (cui omnes alii poſtea ſucceſſerunt) in Papam elegit.* b *Concilium Baſilienſe idem ſtatuit, eodemque modo in Eugenium IV Papam animadvertit, Amedeo Sabaudiæ Duce (qui Felix V appellatus eſt) in eius locum ſurrogato.*

Bellarminus ait eorum opinionem, qui

aſſe-

a *ibid. ſeſſ.* 12.17.37.41. b *Conſil. Baſil. ſeſſ.* 33.34.39.

aſſerunt Papam, neque per hæreſim occultam, neque per manifeſtam eſſe depoſitum, aut deponi poſſe, eſſe valde improbabilem. a Primo, *inquit,* quoniam hæreticum Papam poſſe judicari, expreſſe habetur can. Si Papa. Diſt. 40. & apud Innocentium ſerm. 2. de conſecratione Pontificis. Et quod majus eſt, in VIII Synodo act. 7. recitantur acta Concilii Romani ſub Hadriano: & in iis continebatur, Honorium Papam jure videri anathematizatum; quia de hæreſi fuerat convictus: ob quam ſolam cauſſam licet minoribus judicare majores. Ubi notandum eſt, quod etſi probabile ſit, Honorium non fuiſſe hæreticum, & Hadrianum II Papam, deceptum ex corruptis exemplaribus VI Synodi falſo putaſſe Honorium fuiſſe hæreticum: tamen non poſſumus negare, quin Hadrianus cum Romano Concilio, immo & tota Synodus VIII generalis ſenſerit, in cauſſa

a *Bellarm. de Rom. Pontif. lib. 2. c. 30.*

cauſſa hæreſis poſſe Romanum Pontificem judicari. Adde, quod eſſet miſerrima conditio Eccleſiæ, ſi lupum manifeſtè graſſantem, pro Paſtore agnoſcere cogeretur.

Non eſt hic prætermittendum quod ait, ob ſolam cauſſam hæreſis minoribus licere judicare majores: quo nihil dici aut excogitari potuit abſurdius. Nam par in parem (ut dixi) non habet imperium: multo minus inferior in ſuperiorem. Omnis juriſdictio eſt ſuperioris in inferiorem. Sed hæc omitto: illud tantum quæro: ecquis Papam Eccleſiæ judicio in cauſſa hæreſeωs ſubiecit, in aliis vero exemit? Doceant hoc Pontificii, ſi poſſint: aut ſi forte nequeant, fateantur ſuum hunc ſummum Pontificem Eccleſiæ judicio in omnibus cauſis, perinde ac quemvis alium Chriſtianum, teneri. Omnis enim poteſtas Eccleſiaſtica Eccleſiæ à Chriſto immediate data eſt. a Et illi ſunt Eccleſia (*ut definit Cyprianus*) plebs Sacerdoti adunata, & Paſtori ſuo grex adhærens.

Scite

a *Cypr.lib.4.epiſt. 9. ad Florent.*

Scite Auguſtinus: a Quod enim ad ipſum (*ſcilicet Petrum*) proprie pertinet, natura unus homo erat, gratia unus Chriſtianus, abundantiore gratia unus idemque primus Apoſtolus: ſed quando ei dictum eſt: Tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis, univerſam ſignificabat Eccleſiam: &c. *Et infra*: Eccleſia ergo, quæ fundatur in Chriſto, claves ab eo regni cœlorum accepit in Petro, id eſt, poteſtatem ligandi, ſolvendique peccata: quod enim eſt per proprietatem in Chriſto Eccleſia, hoc eſt per ſignificationem Petrus in Petra, qua ſignificatione

a *Auguſtin. in Euang. Ioann. tract.* 124. *& de Doctr. Chriſt. lib.* 1. *cap.* 18. *& de Agon. Chriſti. cap.* 31. *& cont. adverſ. Leg. & Prophet. lib.* 1. *cap.* 17. *& de Baptiſ. contra Donatiſt. lib.* 3. *cap.* 18.

tione intelligitur Chriſtus Petra, Petrus Eccleſia.

Omnis poteſtas Eccleſiæ à Chriſto communicata nomine Clavium continetur: eſtq; Ordinis aut Iuriſdictionis. a Inauditum eſt enim (*ut ait Bellarminus*) in Eccleſia eſſe alias claves, quam ordinis & juriſdictionis. *Ad poteſtatem quidem Ordinis (quæ in Euangelij annunciatione & Sacramentorum adminiſtratione maxime conſiſtit) exercendam Eccleſia in ſingulis Parœciis Paſtores, ipſumque Epiſcopum Romanum inter alios conſtituit.* b Quumque ipſis per ſuffragia creaſſent per ſingulas Eccleſias Presbyteros, &c. *Et Paulus ad Titum:* c Huius rei gratia reliqui te in Creta, ut ea, quæ deeſſent, corrigeres, & conſtitueres Presbyteros oppidatim, ſicut ego mandavi tibi.

d Hieronymus in hac Pſalmi verba:

O Pro

a Bellarm. de Rom. Pontif. lib. 1. cap. 12. b Act. Apoſt. 14. 23. c Tit. 1. 5. d Hieron. in Pſal. 44.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: Fuerunt (*inquit*) ô Eccleſia Apoſtoli Patres tui: quia ipſi te genuerunt. Nunc autem quia illi receſſerunt à mundo, habes pro his Epiſcopos filios, qui à te creati ſunt.

Auguſtinus in eundem locum, & in eandem ſententiam: a Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filii. Quid eſt pro Patribus tuis nati ſunt tibi filii? Patres miſſi ſunt Apoſtoli: pro Apoſtolis filii nati ſunt tibi, conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodie enim Epiſcopi, qui ſunt per totum mundum, unde nati ſunt? Ipſa Eccleſia Patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus Patrum.

Bellarminus recenſens varios modos, quibus Epiſcopi præcipue eligi conſueverunt, inquit: b Secundus modus fuit, ut Epiſcopum eligerent Epiſcopi omnes ejuſdem provinciæ, vel major

a *Auguſt. in Pſal. 44.* b *Bellarm. lib. de Cleric. cap. 8.*

jor eorum pars: poſtulato tamen teſtimonio & conſenſu Cleri & populi ejus loci, cui Epiſcopus dabatur. Et eodem modo eligebantur Metropolitani, & Patriarchæ & ipſe ſummus Pontifex ; nimirum ab Epiſcopis vicinis, ſeu provincialibus. Et hic modus antiquiſſimus fuit, & duravit ſatis diu. De hoc modo loquitur Cyprianus lib. 1. epiſt. 4. Apud nos, inquit, & vere per univerſas provincias tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas ad eam plebē, cui præpoſitus ordinatur, Epiſcopi ejuſdem provinciæ proximi quique conveniant, & Epiſcopus deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitam pleniſſime novit, & uniuſcuiuſque actum de eius converſatione perſpexit. Idem lib. 4. epiſt. 2. teſtatur Cornelium Papam electum fuiſſe à plurimis Epiſcopis de teſtimonio & ſuffragiis totius Cleri & populi, &c.

Ad poteſtatem vero Iuriſdictionis qua in controverſiis fidei ac morum di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

judicandis, & in conſtituenda Eccleſiæ εὐταξίᾳ *maxime verſatur) exercendam, Eccleſia ſimiliter in ſingulis Parœciis Presbyteros ſive Seniores ex plebe delectos Paſtoribus adjungit: unde Preſbyterium, ſive Senatus quidam Eccleſiaſticus exiſtit. Hinc eſt illud Apoſtoli ad Corinthios: a* Vobis & meo ſpiritu in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis, cum poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ejuſmodi, inquam homo, tradatur Satanæ ad interitum carnis, &c. *Et iterum ad eoſdem:* b Sufficit iſtiuſmodi homini iſta increpatio à pluribus profecta. *Et ad Timotheum:* c Ne negligito donum quod in te eſt, quod datum eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum Presbyterii. *Et iterum ad eundem:* d Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habentor: maxime qui laborant in ſermo-

a 1. *Corinth.* 5. 4. b 2. *Corinth.* 2. 6. c 1. *Timoth.* 4. 14. d 1. *Timoth.* 5. 17.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

ſermone & doctrina. *Unde Ambroſius:* a Nam apud omnes utique gentes venerabilis eſt ſenectus. Unde & Synagoga, & poſtea Eccleſia Seniores habuit, quorum ſine conſilio nihil agebatur in Eccleſia. Quod qua negligentia obſoleverit, neſcio, niſi forte Doctorum deſidia, aut magis ſuperbia, dum ſoli volunt aliquid videri.

Ad conventus vero plurium Eccleſiarum, utpote unius provinciæ, aut nationis, aut totius orbis terrarum (quæ vulgo Synodi ſive Concilia vocantur: in quibus, b *teſte Bellarmino, juriſdictio Eccleſiaſtica maxime exercetur) habendos, Eccleſia ſimiliter delectum agit.* c *Orta enim de Circumſione controverſia, Eccleſia Antiochena ſtatuit,* d ut aſcẽderent Paulus & Barnabas & quidam alii ad Apoſtolos ac Presbyteros Hieroſolymam, ſuper hac quæſtione.

a *Ambroſ. in* 1. *Timoth.* 5. b *Bellar. lib. de Cleric. cap.* 14. c *Act. Apoſt.* 15. d *ibidem verſ.* 2.

ne. *Vbi quidem habito Concilio, omnes in hanc ſententiam iverunt:* a Tunc viſum eſt Apoſtolis & Senioribus cum tota Eccleſia, delectos ex ſeſe viros mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba; nempe Iudam, qui cognominabatur Barſabas, & Sylam, viros primarios inter fratres: & iſta per manus eorum mittenda ſcribere: Apoſtoli & Presbyteri & fratres, iis qui ſunt Antiochiæ, &c. *Et paulo poſt:* b Viſum eſt enim Spiritui ſancto ac nobis, ne quod amplius imponeremus vobis onus quam hæc neceſſaria, &c. *Hic quidem videmus Presbyteros, & Fratres (qui de Laicorum numero erant) ſententiam definitivam cum Apoſtolis dixiſſe: de Epiſcopis vero, aliiſque (quibus ſolis* c *Pontificii jus ſuffragii deciſivi in Conciliis aſſerunt) nullam, vel leviſſimam, fieri mentionem: niſi forte iidem fuerint, qui Presbyteri; eorumque nomine comprehendantur.*

Ex

a *ibid. verſ.* 22. *&* 23. b *ibidem verſ.* 28.
c *Bellarm. de Concil. lib.* 1. *cap.* 15.

Ex quibus omnibus perſpicuum eſt, Papam, juxta Eccleſiæ œconomiam à Salvatore noſtro eiuſque Apoſtolis inſtitutam, nihil aliud eſſe niſi Eccleſiæ Romanæ Paſtorem ſive Presbyterum, ad prædicandum Dei verbum, & Sacramenta adminiſtranda, Diſciplinamque Eccleſiaſticam cum Eccleſiæ ſuæ Senioribus intra Parœciæ ſuæ fines exercendam, ab Eccleſia conſtitutum.

a Bellarminus diligentiſsimus Hierarchiæ iſtius Romanæ propugnator dum Papæ primatum ex autoritate, quam exercuit in alios Epiſcopos, aliiſque rebus geſtis aſtruere conatur; nihil à Lino, Cleto, Anencleto, Clemente, Euariſto, Alexandro, Sixto, Teleſphoro, Hygino, novem primis Epiſcopis ſibi invicem ſuccedentibus geſtum profert. Et certe, ut, omnibus veterum monumentis excuſsis, nihil non conentur Pontificij; nihil primis illis Epiſcopis Romanis datum, aut ab ipſis uſurpatum, præter nudum

a Bellarm. de Rom. Pontif. lib. 2. cap. 18. & ſeqq.

Eccleſiæ Romanæ miniſterium invenient.

Irenæus: a Fundantes igitur & inſtruentes beati Apoſtoli (*videlicet Petrus & Paulus*) Eccleſiam Lino Epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt: ſuccedit ei Anacletus: poſt eum tertio loco ab Apoſtolis Epiſcopatum ſortitur Clemens, qui & vidit ipſos Apoſtolos & contulit cum eis: huic autem Clementi ſucceſſit Euariſtus, & Euariſto Alexander, &c. b *Idem teſtantur, Euſebius, Epiphanius, Hieronymus & alij.* c *Paulo aliter Tertullianus, (cuius ſententiæ idem Hieronymus, Ruffinus, aliique accedunt) his verbis:* Hoc modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt; ſicut Smyrnæorum Eccleſia habens Poly-

a *Irenæ. lib.* 3. *cap.*.3. b *Euſeb. hiſt. Eccl. lib.*5.*cap.*6. *Epiph. hæreſ.*27.*Hieronym. de vir. illuſt. in Clement.* c *Tertull. de Præſcript. Hieronym. lib.*1. *in Iovian. & in cap.*52. *Iſa. Ruffin. præf. recog. & invect. in Hieronym.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Polycarpum ab Ioanne collocatum refert; ſicut Romanorum Clementem ordinatum à Petro edit: proinde utique & cæteræ exhibent, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos Apoſtolici ſeminis traduces habeant. a *Optatus vero & Auguſtinus Clementem proximum Lini ſucceſſorem faciunt.*

b *Bellarminus autem, quo litem hanc componat, hariolatur Petrum paſsione ſua imminente Clementi ſedem Apoſtolicam reliquiſſe: illo vero mortuo, hunc in ſede ſibi commiſſa ſedere noluiſſe, donec vixerunt Linus & Cletus, qui ipſius Petri adjutores in Epiſcopali officio fuerant: ideoque primum à Petro Pontificem, non Clementem, ſed Linum fuiſſe.* c Quia vero (*inquit*) in Romana Eccleſia poſt Petri obitum ſancta contentio ex humilitate nata eſt, & unus fuit, & alter eſſe debuit primus ſucceſſor

a *Optat. lib. 2. cont. Parm. Auguſt. epiſt.* 165. b *Bellar. de Rom. Pontif. lib. 2. cap.* 5. c *Bellarm. ibid.*

ceſſor Petri, inde nonnulla obſcuri-
tas in hanc ſucceſſionē invecta eſt.
Apage has ineptias. Quomodo poteſt contentio ſancta dici, aut ex humilitate naſci; in qua graviſsime ab utroque peccatum eſt; & ab eo, qui provinciam ſibi Apoſtolica autoritate impoſitam recuſavit; & ab eo, qui alteri eadem autoritate mandatam ſuſcepit? Nihil profecto hic ſancti, aut ſani, aut quod humilitatem vel minimum redoleat. Cum unus tantum (ut volunt Pontificij) ſit ac debeat eſſe Chriſti Vicarius, Petri ſucceſſor, & Eccleſiæ ſummus Pontifex: unde eſt quod Petrus, ut de Paulo (qui a, *teſte Irenæo, Euſebio, & aliis, non minus Eccleſiæ Romanæ quam Petrus præfuit) nihil dicam, ſibi duos alios Coepiſcopos, Linum & Cletum, cooptaverit; nec his quidem contentus tertium etiam Clementem adjunxerit? Unius Eccleſiæ unus tantum debet eſſe Epiſcopus: hic vero quatuor aut quin-*

que

---

a *Irenæ. lib.3. cap.3. Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib.2. cap. 21.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

que ſimul habemus. Alia igitur ineunda eſt controverſiæ hujus componendæ ratio. Linus, Cletus, & Clemens, Preſbyteri ſive Epiſcopi, pari honore & poteſtate præditi, Eccleſiæ Romanæ ab Apoſtolis præpoſiti fuerunt. Atque hinc eſt quod Patres ex æqualibus modo hunc modo illum pro arbitrio ſuo præponant, poſtponantve. Iidem enim erant tunc temporis Preſbyteri & Epiſcopi: non ſolum nominum communione, a *ut vult Bellarminus, ſed etiam officio & dignitate. Præclare Hieronymus, cujus ſententia inter canones refertur:* b Audio quendam in tantam erupiſſe vecordiam, ut Diaconos Preſbyteris, id eſt, Epiſcopis anteferret. Nam cum Apoſtolus perſpicue doceat, eoſdem eſſe Preſbyteros, quos & Epiſcopos: quis patiatur menſarum & viduarum miniſter, ut ſupra eos ſe tumidus efferat, ad quorum preces Chriſti

a *Bellar. lib, de Cleric. cap. 15.* b *Hieron. Euagr. epiſt. 85. & habetur Diſt. 93. can. Legimus. 24.*

Chriſti corpus ſanguiſque conficitur? Quæris autoritatem? Audi teſtimonium, Paulus & Timotheus ſervi Chriſti Ieſu, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis, cum Epiſcopis & Diaconis. Vis & aliud exemplum? In actibus Apoſtolorum ad unius Eccleſiæ Sacerdotes ita Paulus loquitur: Attendite vobis & cuncto gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, ut regeretis Eccleſiam Dei quam acquiſivit ſanguine ſuo. Ac ne quis contentioſe in una Eccleſia plures Epiſcopos fuiſſe contendat; audi & aliud teſtimonium, in quo manifeſtiſſime comprobatur eundem eſſe Epiſcopum atque Preſbyterum: Propter hoc reliqui te Cretæ, ut quæ deerant corrigeres, & conſtitueres Preſbyteros per civitates, ſicut & ego tibi mandavi. Si quis eſt ſine crimine, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos. Oportet enim Epiſcopum ſine crimine

mine eſſe, quaſi Dei diſpenſatorem. *Prolatis deinde variis aliis Spiritus ſancti teſtimoniis in eandem ſententiam, iſta ſubjungit:* Quod autem poſtea unus electus eſt, qui cæteris præponeretur, in ſciſmatis remedium factum eſt: ne unuſquiſque ad ſe trahens Chriſti Eccleſiam rumperet, &c. *Et alibi; quod inter canones ſimiliter relatum eſt:* *a* Olim idem erat Preſbyter, qui & Epiſcopus. Et antequam Diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi Preſbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam vero unuſquiſque eos, quos baptizaverat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, in toto orbe decretum eſt, ut unus de Preſbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, & ſciſmatum ſemina

a Hieronym. in cap. 1. epiſt. ad Titum, & ...ouitur Diſt. 95. can. Olim. 5.

tollerentur, &c. *Et infra:* Sicut ergo Preſbyteri ſciunt ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubjectos: ita Epiſcopi noverint ſe magis conſuetudine, quam diſpoſitionis Dominicæ veritate Preſbyteris eſſe majores, & in commune debere Eccleſiam regere.

Quod igitur Epiſcopus Romanus pluribus gregibus, pluriumque gregum Paſtoribus, Preſbyteris præponatur; id neque ex Chriſti inſtituto & jure divino, neq; ex Petri facto (a ut volunt Pontificii) ſed ex Eccleſiæ conſuetudine habuit initium. Hujus rei teſtes, inter alios, locupletiſſimos habemus CCC *&* XVIII *Patres celeberrimi illius Concilii Nicæni, his verbis:* b Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τού-

των

---

a *Bellar. de Rom. Pontif. lib.* 2. *cap.*12.
b *Concil. Nicæn. can.* 6.

των ἔχειν τὴν ἐξουσίαν· ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστιν. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιοχείαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις: *a* Antiquus mos obtineat, qui in Ægypto & Libya & Pentapoli eſt, ut qui Alexandriæ eſt Epiſcopus habeat iſtorum omnium poteſtatem: quandoquidem & Epiſcopo qui Romæ eſt, hoc conſuetum eſt. Similiterque & Antiochiæ, & in aliis præfecturis, has primas ſervari Eccleſiis.

Ioannes Zonaras monachus Græcus hunc canonem ſic explicat. b Antiquas conſuetudines, quod aliis quoq; poſteriorum canonum, legumq; civilium decretis cautum eſt, retineri vult canon. Alexandrinum igitur Epiſcopum iis, qui in Ægypto, Libya

a *Diſt. 65. can. Mos antiquus.* b *Ioann. Zonar. in can 6 Concil. Nicæn.*

ac Pentapoli ſunt, præſidere; Antiochenum ſubjectis ſibi provinciis, Syriæ nimirum, Cœleſyriæ, Ciliciæ utrique, Meſopotamiæ; ac alios Epiſcopos ſuis quemque regionibus, quemadmodum & Eccleſiæ Romanæ præſes in Occidentales provincias principatum diuturna conſuetudine obtinet, præeſſe jubet.

a *Zozimus Papa ab Africanis petebat tres canones Nicæni Concilii exequutioni mandari: unum de appellationibus Epiſcoporum ad Epiſcopum Romanum: alterum de appellationibus Preſbyterorum & minorum Clericorum ad Epiſcopos vicinos: tertium de non eundo ad Comitatum. Afri vero habito Concilio* CC & XVII *Epiſcoporum (è quorum numero erat Auguſtinus) Bonifacio, qui Zozimo ſucceſſerat, reſponderunt, ſe non invenire eos canones in Concilio Nicæno: ſe tamen ſcripturos ad Patriarchas Orientis, ut ad ſe mittant authentica Concilii hujus exemplaria. Quæ quidem*

a *Vide Concil. Carthag.* 6. *& African.*

quidem cum allata fuerunt, atque in iis tres prædicti canones non inveniebantur; Africani Patres, pro ſua ſingulari modeſtia ac humanitate, Celeſtino Papæ, qui Bonifacio ſucceſſerat, ad hunc modum ſcripſerunt. a Præfato itaq; debitæ ſalutationis officio, impendio deprecamur, ut deinceps ad veſtras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec à nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno Concilio definitum facile advertat venerabilitas tua. Nam etſi de inferioribus Clericis vel Laicis videtur ibi præcaveri; quanto magis hoc de Epiſcopis voluit obſervari, ne in ſua provincia communione ſuſpenſi, à tua ſanctitate vel feſtinato, vel præpropere, vel indebite videantur communioni reſtitui? Preſbyterorum quoque & ſequentium Clericorum improba refugia repellat ſanctitas tua (ſicuti te di-

a *ibidem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

gnum eſt:) quia & nulla Patrum definitione hoc Eccleſiæ derogatum eſt Africanæ, & decreta Nicæna ſive inferioris gradus Clericos, ſive ipſos Epiſcopos ſuis Metropolitanis apertiſſime commiſerunt, &c.

Si tres iſti Pontifices ſibi vel minimum in Scripturis præſidii fuiſſe exiſtimaſſent; numquam proculdubio Eccleſiæ canones, præſertim falſos, tanto cum famæ ſuæ periculo, labore, ac ſumptibus, tot annis, aſſerendo ſuo juri protuliſſent, quod ſtatim ex jure divino, nullo negotio, potuiſſet determinari: multo minus his præſidiis depulſi ad Sacras literas non confugiſſent, quas eorum poſteri ad ravim & nauſeam uſque inculcant.

Zonaras de canone quinto Concilii Sardicenſis loquens ait: a Hujus canonis decreto ſummi Sacerdotes antiquæ Romę in quacunque cauſa ab Epiſcopis provocationem ad ipſos dari jactant; ac eundem in prima Nicæna

a *Zonar. in can 5. Concil. Sardic.*

Nicæna œcumenica Synodo conditum fuiſſe falſo affirmant, quod quidem cum in Synodo Carthaginenſi propoſitum fuiſſet, minime cum veritate conſentire probatum eſt, ut [a]ſatis quæ ante canonum expoſitionem ab ipſa Synodo ſunt ſcripta teſtantur. Neque igitur hic canon in Nicæna Synodo editus fuit, neque ad ipſum provocationes ab omnibus Epiſcopis, ſed ab eis tantummodo, qui eidem ſubjecti erant, dare oportere decernit. Romanæ autem Eccleſiæ ditioni eo tempore omnes fere Orientis Eccleſiæ ſubjiciebantur, Macedoniæ nimirum, Theſſaliæ, Illyrici, Peloponneſi, & ejus, quæ Epyrus dicitur: quæ poſtea in Conſtantinopolitani jura tranſiêre, ut proinde ad illum provocationes ex his locis referri ſit conſentaneum.

Milevitanum Concilium ab Innocentio I Papa, (a *teſte Bellarmino*) *appro-*

[a] *Bellar. de Rom. Pontif. lib. 2. cap. 24.*

batum ita ſtatuit: a Quod ſi ab eis (*ſcilicet Epiſcopis vicinis*) provocandum putaverint, non provocent niſi ad Africana Concilia, vel ad Primates provinciarum ſuarum. Ad tranſmarina autem (*ſedem Romanam intelligit*) qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem ſuſcipiatur.

Concilium Chalcedonenſe ſimiliter de adæquatione Epiſcoporum utriuſque Romæ: b Πάνταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλεςάτων ἐπισκόπων τῶν συναχθέντων ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης μεγάλου Θεοδοσίου τοῦ γενομένου βασιλέως ἐν τῇ βασιλίδι Κωνςαντινουπόλει νέᾳ Ῥώμῃ γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομέν τε καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας

---

a *Milevit. Concil. can.* 22. b *Concil. Chalced. can.* 28.

λησίας τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως
έας Ῥώμης. καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσ-
βυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν
τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκό-
τως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα· καὶ
τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν
εντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι
ὰ ἴσα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης
γιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες,
&c. Ubique ſanctorum Patrum de-
initiones ſequentes, & modo le-
tum canonem centum quinqua-
inta Dei amantiſſimorum Epiſco-
orum qui tempore Theodoſii Imp.
iæ memoriæ in regia civitate Con-
tantinopoli nova Roma congregati
uerunt agnoſcentes; eadem & nos
efinimus, decernimuſque de præ-
ogativis ſanctiſſimæ Eccleſiæ ejuſ-
em Conſtantinopoleos novæ Ro-
næ. Etenim throno ſenioris Romæ,
ropterea quod urbs illa imperaret,
atres recte prærogativas tribue-
unt: & eadem contemplatione

moti

moti centum quinquaginta illi De-
amantiſſimi Epiſcopi, æquales præ-
rogativas ſanctiſſimo novæ Romæ
throno tribuerunt, recte judican-
tes, &c.

*Æquatis ad hunc modum Epiſcopo-
rum utriuſque Romæ privilegiis, Ioan-
nes Conſtantinopolitanus, Iejunator di-
ctus, Epiſcopi univerſalis titulum uſur-
pare cœperat, reclamante Pelagio I
Papa in epiſtola quadam ad Epiſcopos
quæ inter canones ad hunc modum re-
lata eſt:* a Nullus Patriarcharum
univerſalitatis vocabulo umquam
utatur: quia ſi unus Patriarcha uni-
verſalis dicitur, Patriarcharum no-
men cæteris derogatur. Sed abſit
hoc, abſit à fidelis cujuſquam men-
te, hoc ſibi velle quempiam ar-
ripere, unde honorem fratrum ſuo-
rum imminuere ex quantulacun-
que parte videatur. Quapropter
charitas veſtra neminem umquam
ſuis in epiſtolis univerſalem nomi-
ne-

a *Diſt.99.can. Nullus Patriarcharum*

et; ne ſibi debitum ſubtrahat, cum teri honorem defert indebitum. *Gregorius ille Magnus Pelagii ſuc-ſſor eiſdem fere verbis, & in eandem ntentiam.* a Sed nullus unquam eceſſorum meorum hoc tam pro-no vocabulo uti conſenſit: quia delicet ſi unus Patriarcha univer-lis dicitur, Patriarcharum nomen cteris derogatur. Sed abſit hoc, ab-t à Chriſtiana mente, &c. *Et ad ſum Ioannem Conſtantinopolitanum:* Tu quid Chriſto univerſalis ſcili-t Eccleſiæ capiti in extremi ju-icii dicturus es examine, qui cun-a ejus membra tibimet conaris niverſalis appellatione ſupponere? uis rogo in hoc tam perverſo vo-bulo niſi ille ad imitandum pro-onitur, qui, deſpectis Angelorum gionibus, ad culmen conatus eſt ngularitatis erumpere: ut & nulli beſſe, & ſolus omnibus præeſſe vide-

Gregor. epiſt. lib. 4. indict. 13. epiſt. 36.
ibidem epiſt. 38.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

videretur, &c. *Et ad Eulogium Alexandrinum Epiſcopum.* a Ecce in præfatione epiſtolæ, quam ad me ipſum, qui prohibui, direxiſtis, ſuperbæ appellationis verbum, univerſalem me Papam dicentes, imprimere curaſtis. Quod, peto, dulciſſima mihi ſanctitas veſtra ultra non faciat: quia vobis ſubtrahitur, quod alteri plus quam ratio exigit præbetur. *Et paulo poſt:* Si enim univerſalem me Papam veſtra ſanctitas dicit, negat ſe hoc eſſe, quod me fatetur univerſum. Sed abſit hoc. Recedant verba, quæ vanitatem inflant, & charitatem vulnerant, &c. b *Idem ad Conſtantiam Auguſtam, & ad Anaſtaſium Epiſcopum Antiochenum, & ad Cyriacum Conſtantinopolitanum Ioannis ſucceſſorem ſcribit in eandem ſententiam.*

a Boni-

a *Greg. epiſt. lib. 7. indict, 1. epiſt.* 30. & *habetur Diſt.* 99. *can. Ecce.* b *Gregor. epiſt. lib.* 4. *indict.* 13. *epiſt.* 34. & *lib.* 6. *indict.* 15. *epiſt.* 24. & 28.

a *Bonifacius III Papa à Phoca Imp. impetraſſe dicitur, ut ipſius autoritate Eccleſia Romana caput omnium diceretur Eccleſiarum. Idem Sedi novæ Romæ à Iuſtiniano Imp. conceſſum eſt, his verbis:* b Conſtantinopolitana Eccleſia omnium aliarum eſt caput. *Et iterum:* c Ideoque ſancimus ſecundum earum (*ſcilicet quatuor primarum Synodorum generalium*) definitiones ſanctiſſimum ſenioris Romæ Papam primum eſſe omnium ſacerdotum: beatiſſimum autem Archiepiſcopum Conſtantinopoleos, novæ Romæ, ſecundum habere locum poſt ſanctam Apoſtolicam ſenioris Romæ ſedem: aliis autem ſedibus omnibus præponatur.

Synodus generalis ſexta (*quæ eſt Conſtantinopolitana tertia, quam nonnulli Trullanam & quiniſextam ap-*

a *Beda lib. de ſex ætat. in Phoc. Ado in Chron. & plures alii.* b *l. Conſtantinopolitana C. de Sacroſ. Eccleſ.* c *Novell. 131. cap. 2.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

pellant) ita ſtatuit : a Ἀνανεούμενοι τὰ παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων ἐν τῇ θεοφυλάκτῳ ταύτῃ βασιλίδι συνελθόντων, καὶ τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα τῶν ἐν Χαλκηδόνι συναθροισθέντων νομοθετηθέντα ὁρίζομεν, ὥστε Κωνσταντινουπόλεως θρόνον τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων τοῦ πρεσβυτέρας Ῥώμης θρόνου, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκεῖνον μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ὑπάρχοντα, μεθ' ὃν ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων ἀριθμείσθω θρόνος, εἶτα ὁ τῆς Ἀντιοχέων, καὶ μετὰ τοῦτον ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως: Renovantes quæ à CL ſanctis Patribus in hac à Deo cuſtodita regia urbe, & DCXXX Chalcedone congregatis, decreta fuerunt decernimus, ut ſedes Conſtantinopolitana iiſdem hono-

a *Synod. general. 6. can. 36.*

noris prærogativis fruatur, quibus ſedes veteris Romæ, & in Eccleſiaſticis negotiis æque atque illa emineat; cum ſit poſt illam ſecunda, poſtquam magnæ illius Alexandrinorum urbis ſedes, deinde Antiochenſium, & poſt hanc Hieroſolymitanæ urbis ſedes numeretur.

Tharaſius Epiſcopus Conſtantinopolitanus publice in Synodo generali VII *Concilii hujus* VI *canonum auctoritatem contra nonnullos* (a *quos Pontificii hodie ſequuntur) aſſerit, his verbis :* b Quæ eſt hæc ignorantia, qua plerique laborant circa hos canones? Scandalum enim eſt dubitare num ſint ſextæ Synodi. Cognoſcant igitur tales ſextam Synodum temporibus Conſtantini fuiſſe congregatam; nimirum contra eos, qui tantummodo unam actionem & voluntatem in Chriſto collocant. Illi igitur hæreticos anathemate verberan-

a *Bellar. de Rom. Pontif. lib.* 2. *cap.* 18.
b *Synod. general.* VII. *act.* 4.

tes, orthodoxamque fidem confirmantes ſub annum decimumquartum imperii Conſtantini domum redierunt. Poſt annos igitur quatuor aut quinque iidem illi Patres ſub Iuſtiniano Conſtantini filio congregati prędictos canones ediderunt, neque hac de re quiſquam dubitet. Nam qui temporibus Conſtantini ſubſcripſerunt, iidem illi ſub Iuſtiniano quoque præſentem hanc chartam ſubſignarunt: quæ res ſatis clara eſt ex eorundem propriarum manuum immutabili ſimilitudine, &c.

CAP. XVII.

Quod Papa ſit Antichriſtus; & poteſtas illa, quam in Principes ſeculares, & univerſam Eccleſiam uſurpat, ſit plane tyrannica & Antichriſtiana.

EX *quibus omnibus perſpicuum eſt Papam ſeptingentis ab incarnatione Salvatoris noſtri annis nihil aliud fuiſſe niſi Eccleſiæ Romanæ Preſbyterum ſive*

Epiſco-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Epiſcopum, Eccleſiis Occidentalibus ciſmarinis conſuetudine & canonibus Eccleſiæ conſtitutionibus Principum confirmatis præpoſitum, primumque omnium Sacerdotum, ſive primæ ſedis Epiſcopum: limitibus tamen ſuis perinde ac quemvis alium circumſcriptum. Sed (ut humana ſunt omnia) ſtatu rerum in pejus prolabente, ſequentes Epiſcopi Romani facile nihil non ſibi vendicare cœperunt. Hujus rei teſtis, inter alios complures, eſt ipſe Bellarminus, dicens: a In ſecunda claſſe eſt Adrianus I. in epiſt. ad Tharaſium, Nicolaus I in epiſt. ad Michaëlem Imperatorem, Leo IX in epiſt. ad Michaëlem Epiſcopum Conſtantinopolitanum, Paſchalis in epiſt. ad Epiſcopum Panormitanum, quæ habetur cap. Significaſti, Extra. De Electione, Innocentius III in epiſt. ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, quæ habetur cap. Solitæ, Extra. De Majoritate & obedientia. Qui omnes

a *Bellar. de Rom. Pontif. lib. 2. cap. 14.*

ſerio, & ex profeſſo docent, Romanum Pontificem toti Eccleſiæ præeſſe.

Sed ne ſic quidem contenti Eccleſiam tyrannide, omnium quæ umquam fuerunt, ſæviſſima opprimere, eo tandem audaciæ proruperunt, ut quicquid eſt uſpiam Regnorum ac Principatuum, id dare adimereque ſibi licere contenderent. Gregorius VII Papa primus hanc viam ingreſſus Henrico IV Imp. imperium abrogavit, aut ſaltem abrogare conatus eſt, miſſo ad Rudolphum Sueviæ Ducem diademate, cum hac inſcriptione:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

Unde Otho Friſingenſis: a Lego & relego Romanorum Regum & Imperatorum geſta, & nuſquam invenio quemquam eorum ante hunc à Romano Pontifice excommunicatum, vel regno privatum: niſi forte quis pro anathemate habendum ducat, quod Philippus ad breve tempus

a *Otho lib. 6. hiſt. cap. 35.*

pus à Romano Epiſcopo inter pœnitentes collocatus, & Theodoſius à beato Ambroſio propter cruentam cædem à liminibus Eccleſiæ ſequeſtratus ſit.

Onuphrius Papatui addictiſſimus in eandem ſententiam. a Etſi ante Romani Pontifices tamquam religionis Chriſtianæ capita, Chriſtique vicarii, & Petri ſucceſſores colerentur: non tamen eorum autoritas ultra protendebatur, quam in fidei dogmatibus vel aſſerendis vel tuendis. Cæterum Imperatoribus ſuberant, ad eorum nutum omnia faciebant, ab iis creabantur, de iis judicare vel quicquam decernere non audebat Papa Romanus. Primus omnium Romanorum Pontificum Gregorius VII armis Northmannorum fretus, opibus comitiſſæ Mathildis, mulieris per Italiam potentiſſimæ, confiſus, diſcordiaque Germanorum

a *Onuphr. de var. creat. Romani Pontif. lib.* 4.

Principum bello civili laborantium inflammatus, præter majorum morem, contempta Imperatoris auctoritate & poteſtate, cum ſummum Pontificatum obtinuiſſet, Cæſarem ipſum, à quo ſi non electus, ſaltem confirmatus fuerat, nõ dico excommunicare, ſed etiam regno, imperioque privare auſus eſt. Res ante ea ſecula inaudita. Nam fabulas quæ de Arcadio, Anaſtaſio, & Leone Iconomacho circumferuntur nihil moror.

a *Gaguinus ſimiliter Pontificius Pontificum Romanorum* hanc tam late patentem & uſurpatam authoritatem (*ut ille vocat*) *obiter taxans:* Itaque ea eſt, (*inquit,*) hodie illorum ſublimitas & amplitudo, ut, parvi habitis Regibus, licere illis omnia glorientur. *Et alibi:* b Talem vitæ exitum habuit contemptor omnium

a *Gaguin. lib.* 10. *hiſt. Franc. in vit. Carol. VII.* b *idem lib.* 7. *hiſtor. Franc. in vit. Philip. Pulch.*

nium hominum Bonifacius, qui Chriſti prẹceptorum minime recordatus, adimere & conferre regna pro ſuo arbitrio conabatur, cum non ignoraret ejus ſe loco verſari in terris, cujus regnum non de hoc mundo & terrenis rebus, ſed de cœleſtibus eſſet: quique dolo & malis artibus Epiſcopatum Romanum ſibi quæſiverat; & Celeſtinum, à quo dignitatẽ receperat, in carcere dum vixit habuerat.

Hæc & ſimilia ab iſtis, aliiſque Pontificibus a *(teſte Bellarmino) uſurpata; quem non in tantæ mutationis ſtatus hujus Pontificij admirationem trahant? aut cui non juſtam inquirendi cauſam præbeant, cur priores illi Epiſcopi Romani, eſſloreſcente maxime Eccleſia, ſe Principum, gentium, ac nationum ſervos agnoverint: poſteriores vero ſe horum omnium Dominos profiteantur? Oportet certe illos poteſtate longe minori fuiſſe præditos; aut hos in tyrannidem longe imma-*

a *Bellarm. de Rom. Pontif. lib. 5. cap. 8.*

immaniſſimam degeneraſſe.

a *Teſtatur quidem Bellarminus Antichriſtum proprie dictum, eximum illum Chriſti hoſtem in Apocalypſi deſcribi: Romamque Babylonis nomine intelligi, his verbis:* b Præterea Ioannes in Apocalypſi paſſim Romam vocat Babylonem; ut Tertullianus annotavit lib. 3. contra Marcionem, & lib. contra Iudæos; & apertè colligitur ex Apocalypſi cap. 17. ubi dicitur Babylon magna ſedere ſupra ſeptem montes, & habere imperium ſuper Reges terræ. Nec enim alia civitas eſt, quæ Ioannis tempore imperium habuerit ſuper Reges terræ, quam Roma; & notiſſimum eſt ſupra ſeptem colles Romam ædificatam eſſe.

Hinc manifeſtum eſt, & luce, (ut aiunt) meridiana clarius, Romam eſſe ſedem Antichriſti: reſtat jam ut de tempore videamus.

a *Bel-*

---

a *Bellar. de Rom. Pontif. lib.* 3 *c.* 2. b *Bellar. de Rom. Pont. lib.* 2. *cap.* 2.

a *Bellarminus dicit*, per Meretricem intelligi Romam, ut exponit Tertullianus lib. contra Iudæos, & lib. contra Marcionem, & Hieronymus epiſt. 17. ad Marcellam, & q. 11. ad Algaſiam; ſed Romam Ethnicã regnantem, idola colentem, & Chriſtianos perſequentẽ; non autem Romã Chriſtianã: ſic enim iidem auctores exponunt. *Hic vigilans ſomniat, & ſuo ſe, (ut in proverbio eſt) jugulat gladio. Ipſe enim ex Spiritus ſancti, & horum, aliorumque Patrum teſtimoniis evincere conatur Antichriſtum non prius venturum, quam omnino ſublatum fuerit Imperium Romanum.* b Secunda demonſtratio (*inquit*) ſumitur ex altero ſigno antecedente tempora Antichriſti, quod erit DESOLATIO omnimoda Romani Imperii, &c. *Prolatis deinde variis Scripturæ locis, quibus hanc ſuam ſententiam confirmet, Patrum teſtimonia, & inter alia Tertul-*

liani

a *Bellar. ibid. & lib. 3. de Rom. Pontif. c.* 13. b *Bellar. de Rom. Pont. lib. 3. c. 5.*

liani ac Hieronymi ſubjungit. Et breviter, hac una poſitione, qua aſſerit, per MeretricemRomam Ethnicam regnantem, idola colentem, & Chriſtianos perſequentem intelligi, *omnia ſua dogmata & demonſtrationes de Antichriſto evertit.* a *Ipſe enim contendit Neronem, alioſque tyrannos, qui Eccleſiam perſequuti ſunt, Antichriſti tantum præcurſores fuiſſe: ipſum autem Antichriſtum in propria perſona nondum veniſſe; nec venturum niſi circa finem mundi; nec Romæ in templo ſancti Petri, aut Palatio Neronis; ſed Hieroſolymis in templo Salomonis, ac ſolio Davidis ſeſſurum, ibique tribus annis cum dimidio regnaturum. Conſtat autem Gratianum, Valentinianum & Theodoſium Impp. ſublata idolomania, quam Iulianus Apoſtata reſtituerat, lege lata ſanxiſſe,*b *ut omnes, qui Romano parebant Imperio, Chriſtianorum catholicorum nomen amplecterentur: & ſic*

a *Bellar. de Rom. Pont. lib. 3. c. 2. & ſeqq.*
b *l. Cunctos, C. de ſum. Trin. & fid. cath.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

ſic Romam Ethnicam eſſe deſiiſſe. Reconcilient iſta Pontificij, ſi poſſint: aut ſi forte nequeant, fateantur nec Romam Ethnicam regnantem, idola colentem, & Christianos perſequentem, quæ jampridem eſſe deſiit; nec Romam Chriſtianam, quæ vera erat Chriſti Eccleſia; ſed Antichriſtianam, (qualem hodie videmus, & his multis retro annis ſub Papatu videre licuit) eſſe Meretricem illam magnam, a matrem ſcortationum & abominationum terræ: cum qua ſcortati ſunt Reges terræ, & cujus ſcortationis vino inebriati ſunt incolæ terræ.

b Deinde vidi aliam beſtiam (*inquit Ioannes*) aſcendentem è terra, habentem cornua duo ſimilia Agni, ſed loquebatur ut Draco. Ea vero poteſtatem prioris beſtiæ omnem exercet in conſpectu ejus, & facit ut terra & ipſius incolæ adorent beſtiam illam primam, cujus curata fuerat plaga lethalis. Editque ſigna

R magna,

a *Apocalyp.* 17. b *Apocal.* 13. 11. 12.

magna, adeo ut etiam ignem faciat è cœlo deſcendere in terram in conſpectu hominum. Et ſeducit incolas terræ, propter ſigna quæ datum eſt ei ut faciat, &c. *Hæc & multa alia hujuſmodi, quæ de Antichriſto à Spiritu ſancto dicuntur, quomodo Romæ Ethnicæ regnanti (quæ ſe apertam Chriſti ac Chriſtiani nominis hoſtem profeſſa eſt; & vi ac armis, non fraude aut ficticiis miraculis orbis terrarum imperium adepta eſt) conveniant, viderint Pontificij.*

a Porro (*Bellarminus inquit*) poſterior illa beſtia in Apocalypſi ſecundum Rupertum ſignificat eundem Antichriſtum. Idem enim Antichriſtus per duas beſtias exprimitur: per unam, ratione regiæ potentiæ & tyrannidis, qua coget homines violenter: per alteram ratione magicæ artis, qua callide homines ſeducet. At ſecundum Richardum & Anſel-

mum

a *Bellarm. de Roman. Pontif. lib. 3. cap. 15.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

num & alios, poſterior beſtia ſignificat prædicatores Antichriſti, qui miraculis oſtendere conabuntur Antichriſtum verum eſſe Meſſiam. *Sed quis eſt iſte quæſo, qui, arrogata ſibi utriuſque gladij temporalis & ſpiritualis poteſtate, partim vi ac armis, partim fraude & falſis miraculis* (*nam vera, judice Bellarmino*, a ſola dicuntur illa, quæ à ſolo Deo fieri poſſunt; id eſt, quæ non habent cauſas naturales, neque occultas neque manifeſtas) *mundum in ſuam poteſtatem redegit, ſibique parere coegit? Nonne Pontifex Romanus? Bonifacius VIII Papa:* b Sive ergo Græci, ſive alii ſe dicant Petro ejuſque ſucceſſoribus non eſſe commiſſos, fateantur neceſſe ſe de ovibus Chriſti non eſſe: dicente Domino in Ioanne: Unum ovile, & unum eſſe Paſtorem. In hac ejuſque poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritua-

a *Bellarm. ibid.* b *Extra. comm. lib.* I. *t.* 8. *de Major. & Obed. can. Unam Sanctam.*

lem videlicet & temporalem, Euangelicis dictis inſtruimur, &c.

a *Bellarminus poſtquam variis argumentis oſtendere conatur non repugnare Pontificem ſimul eſſe Principem ſpiritualem & temporalem alicuius provinciæ, varios Pontifices, Leonem IV & IX, Gregorium VIII, Celeſtinum V & alios enumerat; quos miraculis claruiſſe & hunc Principatum temporalem una cum Pontificatu adminiſtraſſe ſcribit. Et alibi:* b Veniamus nunc ad alteram partem, ac noſtram Eccleſiam eſſe veram Dei Eccleſiam demonſtremus ex miraculis, quæ ſingulis ætatibus habuit plurima & teſtatiſſima, &c. *Et iterum:* c Sic enim ſcribit idem Leo ſermon. 1. de natali Apoſtolorum: Per ſacram D. Petri ſedem Caput orbis effecta (Roma) latius præſides religione divina, quã dominatione terrena. Quamvis enim

---

a *Bellar. de Rom. Pont. lib. 5. c. 9.* b *Bellar. de not. Eccl. lib. 4. cap. 14.* c *Bellarm. de Rom. Pont. lib. 3. cap. 21.*

nim multis aucta victoriis jus imperii tui, terra marique protuleris, minus tamen eſt, quod tibi bellicus labor ſubdidit, quam quod pax Chriſtiana ſubjecit. Et Proſper in libro de ingratis:

Sedes Roma Petri, quæ paſtoralis honoris
Facta caput mundo, quidquid non poſſidet armis,
Relligione tenet. ——

a *Bellarminus ait* priorem beſtiam (*de qua Apocalyp.cap.*13.) ſignificare vel Romanum Imperium, vel multitudinem impiorum: unum autem, id eſt, præcipuum ejus caput quod viſum eſt mori & reſurgere, eſſe Antichriſtum. *Ad faciendum igitur viam Antichriſto, Romanum Imperium non funditus* b (*ut vult Bellarminus*) *evertendum erat: ſed ex parte tantum imminuendum, atque iterum*

a *Bellarmin de Roman. Pontif. lib.* 3. *cap.* 15. b *Bellarm. de Rom. Pontif. lib.* 3. *cap.* 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

rum reſtituendum. Angelus Ioanni loquens ait : *a* Decem autem cornua, quæ vidiſti, decem Reges ſunt, qui regnum nondum acceperunt, ſed poteſtatem tamquam Reges una hora accipient cum beſtia. *Ab hiſtoricis quidem traditum eſt, labefacto à Gotthis, Hunnis, VVandalis, aliiſq; gentibus Occidentali Imperio, varia regna in Britannia, Gallia, Hiſpania, aliiſque provinciis (quæ Romanis antea parebant) fuiſſe conſtituta. Bellarminus:* *b* An non Gotthi, Hunni, VVandali, Longobardi Romanæ urbis imperium fere ad nihilum redegerunt? *Et alibi :* *c* Sciendum eſt enim Romanum Imperium tandem dividendum in decem Reges, quorum nullus erit vel dicetur Rex Romanorum, etſi omnes occupabunt provincias aliquas Romani Imperii: ſicut modo Rex Galliæ, Rex Hiſpaniæ, Regina Angliæ, & fortè aliqui alii

a *Apoc.* 17.12. b *Bellar. de Rom. Pontif. lib.* 2. *c.* 2. c *Bellar. de Rom. Pont. l.* 3. *c.* 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

alii tenent partes Romani Imperii, &c. *Et infra:* Et mirabili providentia Dei, quando defecit Imperium in Occidente, quod erat altera tibiarum ſtatuæ Danielis, manſit incolume Imperium in Oriente, quod erat altera tibia. Quia vero Imperium Orientis deſtruendum erat per Turcas, ut nunc factum videmus, iterum Deus erexit in Occidente priorem tibiam; id eſt, imperium Occidentale per Carolum Magnum, quod Imperium adhuc durat.

Vulnerata & curata ad hunc modum Beſtia, neceſſe eſt Carolum Magnum, aut Papam Antichriſtum eſſe: illum vero non eſſe Bellarminus teſtatur his verbis: a Et textus ipſe cogit planè, ut per illud caput Beſtiæ, quod mortuum erat & revixit, non intelligamus Carolum, ſed Antichriſtum: ſiquidem illud caput, ut Ioannes ſcribit, poteſtatem habuit ſolum menſibus quadraginta duobus; &

a *Bellarm. ibid.*

blaſphemabat Deum, & eos qui in cœlo habitant; & imperavit in omnem tribum,& populum,& linguã, & Gentem; & adoraverunt illud omnes,qui habitant in terra:quarum rerum nullam vidimus,nec legimus in Carolo Magno, aut in aliquo ſucceſſorum ejus. Regnavit enim Carolus diutius quam menſibus quadraginta duobus; nec Deum & Sanctos blaſphemabat, ſed eos potius mirifice coluit, & pietatem ejus multi ſucceſſorum ejus imitati ſunt. Denique nec ipſe Carolus,nec ullus ſucceſſorum ejus in omnem tribum, Populum,linguam,& Gentem, Imperium habuit;ut omnibus notũ eſt.

Reſtat igitur ut blaſphemus ille Sacrificulus Romanus, qui, a *teſte Bellarmino,rerum Romæ potitus eſt,ſibique in omnem tribum, populum, linguam, & Gentem poteſtatem arrogat,ſit* b*Pſeudopropheta ille & Antichriſtus. Ioannes*

XXII

a *Bellar. de Rom. Pont. lib.* 5. *c.* 9. b *Apocal.* 19. 20.

XXII Papa: a Super gentes & regna Romanus Pontifex à Domino conſtitutus, cum perſonaliter ſingulas regiones circuire non poſſit, &c. *Bonifacius VIII in eandem ſententiam:* b Porro ſubeſſe Romano Pontifici omnem humanam creaturam declaramus, dicimus, definimus & pronuntiamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis. *Et Steuchus Papæ Bibliothecarius:* c Everſo Imperio, niſi Deus Pontificatum reſtituiſſet, futurum erat, ut Roma nullo tempore excitata, ac reſtituta, inhabitabilis poſthac fœdiſſima boum, porcorumque futura eſſet habitatio. At in Pontificatu etſi non illa veteris Imperii magnitudo, ſpecies certè non diſſimilis renata eſt, qua gentes omnes ab Ortu & Occaſu haud ſecus Romanum Pontificem venerantur,

a *Extra. comm. lib. 1. tit. 1. can. Super gentes.* b *Extra. comm. lib. 1. tit. 8. de Major. & obed. can. Unam ſanctam.* c *Steuch. de donat. Conſt. cont. Vall.*

rantur, quam omnes nationes olim Imperatoribus obtemperabant.

a Erit enim Antichriſtus (*Bellarminus inquit*) ſupremum & ultimum caput impiorum; & eſt ultimus Rex, qui Imperium Romanum tenebit, tamen ſine nomine Romani Imperatoris. *De hac ſuprema Papæ poteſtate, quam in omnes tam pios quam impios ſibi vendicat, ex eis, quæ dixi, (niſi me fallit animus) notius eſt, quam ut longiore probatione egeat. Quid autem juris ſine nomine Imperatoris Romani in Imperium ſibi arroget Romanum, hinc facile apparet. Clemens V Papa de ſententia Henrici Imp. lata contra Robertum Siciliæ Regem ſtatuens, ait: b* Nos tam ex ſuperioritate, quam ad Imperium non eſt dubium nos habere, quam ex poteſtate, in qua (vacante Imperio) Imperatori ſuccedimus, & nihilominus ex illius pleni-

---

a *Bellar. de Rom. Pontific. lib.* 3. *cap.* 15.
b *Clement. lib.* 2. *tit.* 11. *de Sentent. & re jud. cap. Paſtoralis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

plenitudine poteſtatis, quam Chriſtus Rex Regum & Dominus Dominantium nobis, licet immeritis, in perſona beati Petri conceſſit, ſententiam & proceſſus omnes prædictos, & quicquid ex eis ſecutum eſt, vel occaſione ipſorum, de fratrum noſtrorum conſilio declaramus fuiſſe ac eſſe omnino irritos & inanes, &c.

Hadrianus Papa ſimiliter ad Archiepiſcopum Trevirenſem, Moguntinum, & Colonienſem ſcribens, inquit: a Romanum Imperium à Græcis tranſlatum eſt ad Alemannos, ut Rex Teutonicorum non ante, quam ab Apoſtolo coronaretur, Imperator vocaretur. Ante conſecrationem Rex, poſt Imperator. Vnde igitur habet Imperium niſi à nobis? Ex electione Principum ſuorum habet nomen Regis, ex conſecratione noſtra habet nomen Imperatoris, & Auguſti, & Cæſaris. Ergo per nos imperat.

a *Aventin. lib.* 6.

perat. Romæ noſtra ſedes eſt, Imperator eſt Aquis in Arduenna, quæ eſt ſylva Galliæ, Imperator quod habet, totum habet à nobis. Sicut Zacharias tranſtulit Imperium à Græcis ad Teutonicos: ita nos poſſumus ab Alemannis transferre ad Græcos. Ecce in poteſtate noſtra eſt, ut demus illud cui volumus: propterea conſtituti à Deo ſuper gentes & regna ut deſtruamus, evellamus, ædificemus & plantemus.

a *Bellarminus ait Leonem III, Papam tranſtuliſſe Imperium*, à Græcis ad Germanos, propterea quod Græci nullum auxilium laboranti Eccleſiæ Occidentali adferre poſſent. Ex quo (*inquit*) factum eſt, ut licet imperatoria dignitas abſolute conſiderata non ſit à Pontifice, ſed à Deo mediante jure Gentium, ut ſupra oſtendimus ex Gelaſio, Nicolao, & Innocentio III, tamen Imperatores, qui fuerunt à tempore Caroli Magni,

a *Bellar. de Rom. Pontif. lib. 5. cap. 8.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Magni, Pontifici debeant ſuum Imperium. Quod enim hæc poteſtas ſit nunc apud Germanos, à Pontifice eſt: & licet abſolute non eſſet neceſſarium ut Papa confirmaret Imperatorem, nec ut Imperator Pontifici juramentum fidelitatis præſtaret: tamen à tempore tranſlati Imperii in Germanos, utrumque requiritur, ut patet ex Innocentio III, cap. Venerabilem. Extra. De Electione, & ex Clementina unica de Jurejurando, neque injuſte hoc requiritur, &c.

Apoſtolus ad Theſſalonicenſes ſcribens inquit: *a* Ne quis vos ſeducat ullo modo. Non enim adveniet dies Chriſti, quin venerit defectio prius, & retectus fuerit homo ille peccati, filius, inquam, ille perditionis, ſeſe opponens ille & efferens adverſus quicquid dicitur Deus aut numen: adeo ut in templo Dei tamquam Deus ſedeat, præ ſe ferens ſe eſſe

a 2. *Theſſal.* 2.

Deum,&c. *Quis eſt ἄνομος iſte Vice-deus, qui ſeſe extollens adverſus Imperatores, Reges, & Principes* (a *quos Dominus de ſuo nomine Deos & filios Excelſi appellat*) *ſedet εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, in templum Dei; quaſi ipſe cum ſuis* (b *ut bene exponit Auguſtinus*) *eſſet vera Dei Eccleſia? Quis niſi Epiſcopus Romanus* (c *ut dictitant Pontificii*) Papa, Pater Patrum, Chriſtianorum Pontifex, ſummus Sacerdos, Princeps ſacerdotum, Vicarius Chriſti, Caput corporis Eccleſiæ, Fundamentum ædificii Eccleſiæ, Paſtor ovilis Domini, Pater & Doctor omnium fidelium, Rector domus Dei, Cuſtos vineæ Dei, Sponſus Eccleſiæ, Apoſtolicæ ſedis præſul, Epiſcopus univerſalis.

Nicolaus Papa ad Michaëlem Imp.

a Prima

---

a *Pſal.* 82. 6. *Ioan.* 10. 34. & 35. b *Auguſtin. lib.* 20. *de civit. Dei cap.* 19. c *Bellarmin. de Romano Pontifice lib.* 2. *cap. ultimo.*

Prima ſedes non judicabitur à quoquam. *Et alibi:* *b* Satis evidenter oſtenditur, à ſeculari poteſtate nec ligari prorſus, nec ſolvi poſſe Pontificem, quem conſtat à pio Principe Conſtantino Deum appellatum: nec poſſe Deum ab hominibus judicari manifeſtum eſt.

Et Pius V Papa in ſua Bulla adverſus Elizabetham Angliæ Reginam, à Bellarmino ad hunc modum relata: ℟ Regnans in excelſis, cui data eſt omnis in cœlo, & in terra poteſtas, unam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, extra quam nulla eſt ſalus, uni ſoli in terris, videlicet Apoſtolorum Principi Petro, Petrique ſucceſſori Romano Pontifici in poteſtatis plenitudine tradidit gubernandam. Hunc unum ſuper omnes gentes & omnia regna Principem conſtituit, qui evellat,

a *Diſt.* 21. *can.* *Nunc autem.* b *Diſt.* 96. *can.* *Satis evidenter.* c *Bellarm. de poteſt. Pap. adverſ. Barcl. cap.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

deſtruat, diſſipet, diſperdat, & plantet, & ædificet, ut fidelem populum mutuæ charitatis nexu conſtrictum in unitate ſpiritus contineat, ſalvumque & incolumem ſuo exhibeat Salvatori: quo quidem in munere obeundo, nos ad prædictæ Eccleſiæ gubernacula, Dei benignitate vocati nullum laborem intermittimus, &c. Et infra: Illius itaque auctoritate ſuffulti, qui nos in hoc ſupremo juſtitiæ throno (licet tanto oneri impares) voluit collocare, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine declaramus, prædictam Elizabetham hæreticam & hæreticorum fautricem, eique adhærentes in prædicti anathematis ſententiam incurriſſe, eſſeque à Chriſti corporis unitate præciſos: quinetiam ipſam prætenſo Regni prædicti jure, nec non omni, & quocunque dominio, dignitate, privilegioque privatam, &c.

a *Eadem aut non abſimilia in Bulla Sixti*

a *Bellar. ibidem.*

Sixti V, Papæ adverſus Henricum Francorum Regem apud eundem habentur.

a Primo (*Bellarminus inquit*) per Apoſtaſiam rectiſſime apud Paulum (*2. ad Theſſal. 2.*) ipſe Antichriſtus intelligi poteſt. Sic enim docent communi conſenſu Græci interpretes, Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus & Oecumenius, & præterea S. Auguſtin. lib. 20. de civit. Dei cap. 19. Dicitur autem Antichriſtus Apoſtaſia, tum per metonymiam, quia multis cauſſa erit recedendi à Deo: tum etiam per excellentiam quandam, erit enim tam inſignis Apoſtata, ut Apoſtaſia ipſa dici poſſit. Secundo per Apoſtaſiam poteſt accipi defectio à Romano imperio; ut exponunt multi Latinorum: ut Ambroſius, Sedulius & Primaſius, &c. *Quovis autem modo Apoſtaſiæ nomen acceperit, de Roma Chriſtiana, aut Ethnica regnante, idola colente, & Chriſtianos perſequente nequit*

a *Bellar. de Rom. Pontif. lib. 3. cap. 2.*

intelligi: illa enim vera erat Chriſti Eccleſia, Cæſari reddens, quod Cæſaris erat, & Deo, quod Dei: hæc vero numquam ab Imperio Romano (cujus Caput erat) ſe ſubtraxiſſe legitur; nec à religione Chriſtiana (quam nondum amplexa fuerat) potuit recedere. Reſtat igitur, ut de Roma Antichriſtiana, Papana, idola quidem colente, & Chriſtianæ fidei veros profeſſores perſequente (quæ ab utroque defecit) dicatur.

Cap. XVIII.

Quod Reges, aliique fideles jugum Tyrannidis Pontificiæ non immerito excuſſerint: & Papam, ac Papanos perſequi teneantur.

Ex quibus omnibus perſpicuum eſt Papam Antichriſtum eſſe: & poteſtatem hanc, quam in Imperatores, Reges, Principes, & univerſam Eccleſiam uſurpat, plane tyrannicam ac Antichriſtianam eſſe. Sed dubitari forte poteſt, an Eccleſiæ Occidentales inſtauratæ Britannicæ, Gallicæ, Belgicæ, & aliæ, jure

à Sede

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

à Sede Romana (cui olim, ut dixi, ſubjectæ erant) deſciverunt. Conſtat enim id totius Eccleſiæ, ſive Concilii alicujus generalis ſententia factum non eſſe. Nec iuvat forſitan dicere, quod Papa factus ſit Antichriſtus: nam Scribæ & Phariſæi infeſtiſſimi erant Chriſti hoſtes: a *& tamen, quia in cathedra Moſis ſedebant, Salvator noſter jubet turbam & diſcipulos ſuos iis dicto audientes eſſe. Quidni igitur & Papæ ob eandem rationem obtemperandum erit? Dominus huic dubitationi expreſſis verbis occurrit, ſuos aperta voce ex Babylone evocando.* b Exite ex ea popule mi, ne participes ſitis peccatorum ejus, & ex plagis ejus accipiatis. *Qui igitur Sedi Romanæ, quæ vera erat Chriſti Eccleſia, conſuetudine & canonibus Conciliorum (ut ante dictum eſt) ſubjiciebantur; iidem ab ea, quæ jam facta eſt Babylon & Meretrix, lege & voce divina liberātur.*

Nec ſatis eſt fideles Babylone egreſſos eſſe; niſi etiam ei damnum damnis,

a *Matth.* 23. b *Apocalyp.* 18. 4.

& cladem cladibus rependant. a Reddite ei, ſicut & ipſa reddidit vobis: & duplicate ei duplum ſecundum opera ejus: in poculo, quod propinavit, propinate ei duplum, &c. *Dominus quidem, fons omnis miſericordiæ, ita deteſtatur atque abominatur Meretricem iſtam, ut ſuos (b quibus alioqui vindictam omnem prohibet) in illam armans, ſeveriſsime ſe ulciſci jubeat.* c Et vidi mulierem illam, (*inquit Ioannes,*) ebriam ſanguine ſanctorum, & ſanguine martyrum Ieſu, &c. *Quam graviter autem Pontificii pios in Germania, Gallia, Belgio, & alibi, vel his centum annis proxime elapſis (ut de prioribus nihil dicam) afflixerint, atque adhuc affligant, notius (ni fallor) eſt, quam cui probando inſudetur. Externa libentius in tali re, quam domeſtica recordor: unum tamen illud Conjurationis Sulphureæ longe immaniſsimum prætermittere non poſſum. Quid dubitant igitur*

---

a *ibid. verſ.* 6. b *Matth.* 5. 39. *Deuter.* 32. 35. c *Apocalyp.* 17, 6.

igitur pij perſequi Pontificios ? an ſuis viribus diffidunt ? at Dominus certam ſibi, ac ſuis, victoriam de Meretrice illa, ejuſque comitibus pollicetur. a Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet eos: quoniam Dominus Dominorum eſt, & Rex Regum: & qui cum eo ſunt, vocati, & electi, & fideles.

Quod ſi forte impietas tam altas adhuc agat radices, ut ſine piorum pernicie convelli aut extirpari nequeat, Dei quidem correctio expectanda eſt. b Revera *(ut Auguſtinus ait)* ſi contagio peccandi multitudinem invaſerit, divinæ diſciplinæ ſevera miſericordia neceſſaria eſt. c *Dominus prohibet colligere zizania:* ne colligendo zizania *(inquit Euangeliſta)* eradicetis ſimul cum eis triticum. *Verum quum Divini Numinis auſpiciis eo ventum eſt, ut, ſalvis piis, impietas, & impietatis omnis*

---

a *Apocal.* 17.14. b *Auguſt. lib.* 3. *contr. Epiſt. Parmen. cap.* 2. *& refertur.* 23. *q.* 4. *can. Non poteſt.* c *Matth.* 13.29.

omnis caput, idolomania Papana, extermi nari queat; non committendum eſt, ut pÿ Principes ſibi defuiſſe videantur. Pÿ profecto Principes, quos Dominus Eccleſiæ ſuæ nutritios & Meretricis illius Babyloniæ hoſtes omnium maxime capitales inſtituit, ſuis partibus non deerunt. a Hi odio perſequentur meretricem, & ſolam reddent illam, & nudam, & carnes ejus comedent, & ipſam igne exurent. *Cœperunt quidem Reges alÿ turrim illam Babylonis diſturbare: aliis eam adhuc propugnantibus, in cujus excidium omnes tandem conſpirabunt.* b Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant quod placitum eſt ei, & ut conſentiant, dentque regnum ſuum beſtię, donec compleantur verba Dei.

O Principes fœlices, quibus datum eſt Chriſto adverſus Antichriſtum illum militare, Eccleſiam Dei è graviſſima ſervitute Papana in libertatem vindicare, & denique de perditiſsimo illo nebu-

a *Apocal.* 17.16. b *Apoc.* 17.17.

nebulone, à quo divina omnia & humana conculcantur, triumphare! a Tales Chriſtianos Imperatores (*ut Auguſtini verbis utar*) dicimus eſſe fœlices, interim ſpe, poſtea re ipſa futuros, cum id, quod expoſcimus advenerit.

---

a *Auguſtin. lib. 5. de civitat. Dei.*

CAP. XIX.

De Subditorum erga Reges Officio.

D*Ixi Regni cauſam formalem conſiſtere in ordine illo, qui eſt inter Regem & Subditos: quo ille præeſt, hi ſubſunt: de illo dictum eſt: reſtat igitur ut de iſto videamus. Ac primum, Subditos omnes ac ſingulos Regis imperio in omnibus, quæ Dei & Naturæ legibus non repugnant, teneri, ex prædictis manifeſtum eſt. Quidam temporibus Apoſtolorum Scripturam abſurde interpretantes, & Chriſtianam libertatem latius*

quam Euangelij ſimplicitas pateretur protendentes affirmabant indignum eſſe, ut qui à Dei filio eſſent emancipati, à Dei Spiritu regerentur, ſub ullius hominis poteſtate eſſent. Poſt hos Anabaptiſtæ, eorumque poſteri Donatiſtæ Magiſtratus imperium ſimiliter (ut dixi) rejiciebant. a *Noviſsime omnium Pontificij cavillantur Clericos non poſſe à Iudice politico puniri, vel ullo modo trahi ad ſecularis Magiſtratus tribunal; & eorum bona tam Eccleſiaſtica quam ſecularia libera eſſe, ac merito eſſe debere à tributis Principum ſecularium. Quorum omnium errores Spiritus ſanctus optime refellit, & Subditorum erga Reges officium elegantiſsime deſcribit. Paulus ad Romanos:* b Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit, &c. *Nec ordinem, aut ſexum, aut conditionem, ac ne hominem quidem excipit. Et paulo poſt:* Reddite igitur omnibus quod debetis, cui tributum,

a *Bellarm. lib.* 1. *de Cleric. cap.* 28. b *Rom.* 13.

tum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. *Et ad Titum:* *a* Suggere ipſis, ut ſeſe ſubjiciant principatibus ac poteſtatibus, ut obtemperent, ut ad omne opus bonum ſint parati. *Et ad Timotheum:* *b* Adhortor igitur ante omnia, ut fiant deprecationes, preces, poſtulationes, gratiarum actiones pro quibuſvis hominibus, pro Regibus & quibuſvis in eminentia conſtitutis, &c.

Idem ante Paulum fecerat Hieremias Iudæos in Aſſyria exulantes monens, idque divinitus, ut pro ſalute Regis ac Regni Babylonij Deum orarent: eorumque temeritatem, qui vanis promiſſis & ſpe libertatis immaturæ eos ad rebellandum incitabant, graviter reprehendit, dicens: *c* Denique quærite proſperitatem iſtius civitatis, quo deportavi vos, & orate pro ea Iehovam, &c. *Et Petrus:* *d* Proinde ſubjecti eſtote cuivis hu-

a *Tit.* 3. b 1. *Timoth.* 2. c *Hierem.* 29. d 1. *Pet.* 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

manæ ordinationi propter Dominum: ſive Regi, ut qui ſupereminеat: &c. *Et paulo poſt:* Deum timete: Regem honorate, &c.

Hæc & multa alia ſimilia in Sacris literis habentur. Ex quibus omnibus perſpicuum eſt, obedientiam, honorem, reverentiam, tributa, & id genus alia Regibus à Subditis deberi. At quibus Principibus jubent Apoſtoli hæc omnia deferri? non ſolum bonis & piis, ſed etiam impiis, infidelibus, & omnium qui umquam fuerunt crudeliſſimis, Tiberiis, Caligulis, Claudiis, Neronibus: nam iis fere æquales ſunt Pauli & Petri epiſtolæ.

Præclare Tertullianus: a Igitur quod attinet ad honores Regum vel Imperatorum, ſatis præſcriptum habemus, in omni obſequio eſſe nos oportere, ſecundum Apoſtoli præceptum, ſubditos Magiſtratibus, & Principibus & Poteſtatibus. Sed intra limites diſciplinæ quouſque ab idolo-

a *Tertull. de Idololat.*

idololatria ſeparamur. Propterea enim & illud exemplum trium fratrum præcucurrit, qui alias obſequentes erga Regem Nabuchodonoſor honorem imaginis ejus conſtantiſſime reſpuerint, probantes idololatriam eſſe, quicquid ultra humani honoris modum adinſtar divinæ ſublimitatis extollitur. Sic & Daniel Dario cætera ſubnixus, tamdiu fuit in officio, quamdiu à periculo diſciplinæ vacaret. Nam ne id ſubiret, non magis leones regios timuit, quam illi regios ignes.

Optatus Milevitanus de Davidis erga Saulem Regem obſervantia loquens ait: a Occaſionem victoriæ David habebat in manibus: incautum & ſecurum adverſarium ſine labore poterat jugulare, & ſine ſanguine & conflictu multorum poterat bellum mutare in cædem. Et pueri ejus, & occaſio ſuadebant. Ad victoriam opportunitas hortabatur. Stringere

a *Optat. lib. 2. cont. Parmen.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

jam cœperat ferrum: ire jam cœperat armata manus hoſtiles in jugulos. Sed obſtabat plena divinorum memoria mandatorum: hortantibus ſe pueris & occaſioni contradicit, tamquam & hoc diceret: ſine cauſa me Victoria provocas: fruſtra me Victoria in triumphum invitas. Volebam hoſtem vincere: ſed prius eſt divina præcepta ſervare. Non, inquit, mittam manum in unctum Domini. Repreſsit cum gladio manum: & dum timuit oleum ſervavit inimicum. Et cum complerет obſervantiam, vindicavit occiſum.

Et Auguſtinus: *a* Non neſcius David divinam eſſe traditionem in officio ordinis regalis, idcirco Saul in eadem adhuc traditione poſitum honorificat, ne Deo injuriam facere videretur, qui his ordinibus honorem decrevit. Dei enim imaginem habet

a *Auguſt. Quaſt. ex Vet. Teſtam. quaſt. 35.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

habet Rex, ſicut & Epiſcopus Chriſti. Quamdiu ergo in ea traditione eſt, honorandus eſt, ſi non propter ſe, vel propter ordinem. Unde Apoſtolus inquit, Poteſtatibus ſublimioribus ſubditi eſtote. Non eſt Poteſtas niſi à Deo. Quæ enim ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. Hinc eſt ut Gentilem in poteſtate tamen poſitum honorificemus, licet ipſe indignus ſit, qui Dei ordinem tenens gratias agit Diabolo, Poteſtas enim exigit, quia meretur honorem, &c. *Et alibi:* a Quod autem ait Apoſtolus, Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi à Deo, rectiſſime admonet ne quis ex eo, quod à Domino ſuo in libertatem vocatus eſt factus Chriſtianus, extollatur in ſuperbia, & non arbitretur in hujus vitæ itinere ſervandum eſſe ordinem ſuum, ut Poteſtatibus ſublimioribus, quibus

---

a *Auguſt. expoſit. quar. propoſ. epiſt. ad Rom. propoſ. 72.*

pro tempore rerum temporalium gubernatio tradita eſt, exiſtimet non ſe eſſe ſubdendum. *Et infra:* Si quis ergo putat, quoniam Chriſtianus eſt, non ſibi eſſe vectigal reddendum, aut tributum, aut non eſſe exhibendum honorem debitum eis, qui hæc curant, Poteſtatibus, in magno errore verſatur. Sed modus iſte ſervandus eſt, quem Dominus ipſe præſcribit, ut reddamus Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, & Deo, quæ Dei ſunt. &c.

Hieronymus, cujus ſententia inter canones refertur: a Si bonum eſt quod præcipit Imperator & Præſes, jubentis obſequere voluntati: ſi vero malum, reſponde ei illud de actibus Apoſtolorum: Obedire oportet Deo magis quam hominibus.

Ioannes Chryſoſtomus: b Πᾶσα ψυ-

χὴ

a *Hieronym. in epiſtol. ad. Tit. & habetur* 11. *quæſt.* 3. *can. Si dominus.*
b *Chryſoſtomus in Roman.* 13. *homil.* 23.

χὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω· κἂν ἀπόστολος ᾖς, κἂν εὐαγγελιστὴς, κἂν προφήτης, κἂν ὁστισοῦν: &c. Omnis anima Poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit: etiamſi Apoſtolus ſis, etiamſi Evangeliſta, etiamſi Propheta, etiamſi quiſquis tandem fueris, &c.

Ambroſius: a Dolere potero, potero flere, potero gemere, adverſus arma, milites Gotthos quoque, lachrymæ meæ arma ſunt. Talia enim munimenta ſunt Sacerdotis. Aliter nec debeo, nec poſſum reſiſtere.

Bernardus ad Ludovicum Francorum Regem: b At quicquid vobis de anima, & corona veſtra facere placeat: nos Eccleſiæ filii matris injurias, contemptum, & conculcationem omnino diſſimulare non poſſumus: &c. *Et paulo poſt:* Profecto

a *Ambroſ. lib. 5. orat. in Auxent.* b *Bernard. epiſt. 221.*

ſtabimus & pugnabimus uſque ad mortem, ſi ita oportuerit, pro matre noſtra, armis, quibus licet: non ſcutis & gladiis, ſed precibus fletibuſque ad Deum. *Et alibi: a* Si totus orbis adverſum me conjuraret, ut quippiam molirer adverſus regiã majeſtatem: ego tamen Deum timerem, & ordinatum ab eo Regẽ offendere temere non auderem. Nec enim ignoro ubi legerim: Qui Poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, &c.

Et ex recentioribus Cajetanus Cardinalis: b Poſtquam Paulus inſtruxit Romanos circa uſum corporis, rerum, & donorum Dei, proſequitur inſtructionem circa uſum libertatis reſpectu principum. Cavet ſiquidem ne occaſione libertatis conſecutæ per Chriſtum Romani exemptos ſe putent à juriſdictione Principum ſecularium. Propterea enim inſtruit eos, ut ſubditi ſint ſecularibus Principibus, & ſignifican-

a *Bern. ep.* 170. b *Cajet. in c.* 13. *ep. ad Rom.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

ficantius dicit, Omnis anima, quum debuiſſet dici, Omnis homo; ut intelligeremus non ſolum res noſtras, non ſolum corpora noſtra, ſed etiam animas ſubjici debere Principibus ſecularibus in iis, quæ poſſunt legitime imperare, & dicendo omnes neminem excepit.

En Patres affirmantes Regibus, quantumvis malis, in omnibus, quæ non ſunt mala, obtemperandum eſſe; honorem, tributa, & id genus alia legitimis Principibus debita reddenda eſſe; nihilque ſibi adverſus eorum injurias eſſe remedii, præter lachrymas & preces ad Deum. Quid, adeóne viribus deſtituti erant, ut vim vi repellere, & injuriam propulſare non poſſent? adeóne ſtupidi & ignari, ut quid juris Papæ aut populo ſit Reges in ordinem cogendi non intelligerent? aut ſi intelligerent adeóne improbi, ut diſſimularent? Vires profecto ad reſiſtendum, rebellandumque, non defuerunt; ſi a *Tertulliano credimus, qui in Apologetico*

a *Tertull. in Apologet. adverſ. Gent. c.* 37.

tico adverſus Gentes ſic ſcribit. Sed abſit, ut aut igni humano vindicetur divina ſecta, aut doleat pati in quo probatur. Si enim hoſtes extraneos, non tantum vindices occultos agere vellemus, deeſſet nobis vis numerorum & copiarum? Plures nimirum Mauri & Marcomanni, ipſique Parthi, vel quantæcunque unius tamen loci, & ſuorum finium gentes, quam totius orbis? Externi ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, palatium, ſenatum, forum. Sola vobis relinquimus templa. Cui bello non idonei, non prompti fuiſſemus, etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamus, ſi non apud iſtam diſciplinam, magis occidi liceret, quam occidere?

Auguſtinus, cujus ſententia inter canones refertur: a Iulianus extitit infidelis

a *Auguſt. in Pſal.* 124. *& habetur* 11. *q.* 3. *can. Imperatores.*

fidelis Imperator: nonne extitit Apoſtata, iniquus, idololatra? Milites Chriſtiani ſervieruntImperatori infideli. Ubi veniebant ad cauſam Chriſti, non agnoſcebant niſi illum, qui in cœlo erat. Quando volebat ut idola colerent, ut thurificarent, præponebant illi Deum. Quando autem dicebat, producite aciem, ite contra illam gentem, ſtatim obtemperabant. Diſtinguebant Dominum æternum à Domino temporali: & tamen ſubditi erant propter Dominum æternum etiam Domino temporali.

Quum Iovianus ab ejuſdem Iuliani, jam mortui, exercitu in Imperatorem electus reſtagaretur, ac diceret: a Non poſſum, cum ſim Chriſtianus, ejuſmodi hominibus imperare, neque regere Iuliani exercitum, qui tam peſtiferæ doctrinæ præceptis imbutus ſit, &c. Quibus verbis auditis, milites conclamare uno ore, ac dicere:

a *Theodor. hiſt. Eccl. lib. 4. cap. 1.*

cere: Ne animus tibi, ô Imperator, ulla æſtuet dubitatione, neque noſtri imperium tamquam improbum devites. Nam & Chriſtianis hominibus & diſciplina veræ pietatis educatis imperabis.

Hinc facile apparet non difficile fuiſſe Chriſtianis Imperatores illos, à quibus graviſsime affligebantur, coërcere: ſi Subditis in ſuum Principem inſurgere licuiſſet.

Quod ſi autem Patres illi prædicti, non minore ſcientia, quam conſcientia, zelo, & pietate præditi, Papæ, aut populo, aut quibuſvis aliis mortalibus Reges in ordinem redigendi jus fuiſſe cenſuiſſent, numquam proculdubio ſe, adeoque univerſam Eccleſiam à Principibus impiis tam crudeliter opprimi paſsi fuiſſent: quin ut horum vitia liberrime reprehenderunt: ita illos officii ſaltem commonuiſſent, ſi ipſi ſibi defuiſſent. Sed cum ſcirent (ut ante dictum eſt) Reges Deum ſolum Iudicem & ultorem habere, hinc eſt quod ad eum ſolum confugerint, ejuſque auxilium pie ac faliciter implorarint.

rint. a Hæc Iulianus (*inquit Nazianzenus*) deliberabat: quemadmodum ſecretorum illius ſodales & teſtes propalarũt: coërcitus eſt tamen Dei clementia, ac lachrymis Chriſtianorũ, quæ multæ jam & à multis erant effuſæ, quum ſolum hoc contra perſecutorem haberent remedium.

Idem de aliis impiis Principibus, ſingulari Dei providentia, è medio ſublatis, aut ad ſaniorem mentem reductis dici poteſt. Deus enim omnium ex æquo Pater & Iudex Principes malos ad punienda populi peccata juſtiſſime immittit: licet ipſi nihil minus quam juſtitiam aut voluntatis divinæ propoſitum reſpicientes injuſtiſſime id faciant. b Eritne malum in civitate, (*inquit Propheta,*) quod non fecit Deus? *Subditi vero non citius reſipiſcunt, & à ſuis peccatis recedunt, quam Dominus* (c in cujus manu cor Regis eſt, & ſicut diviſiones aquarum quorſum

a *Nazianz. orat. in Iulian.* b *Amos* 3. 6. c *Proverb.* 21.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

vult illud inclinat) *pro ſua ſingulari, qua eſt erga afflictos pœnitentes, miſericordia, Principes facit à ſua tyrannide recedere, aut è vivis excedere.* a Mihi vindicta (*inquit Dominus*) & ego retribuam. *Hoc eſt propugnaculum & vallum illud adverſus Regum injurias firmiſsimum. Hæc ſunt arma illa Subditis in Principes impios ſumenda. Hæc denique eſt via illa evertendæ tyrannidis expeditiſsima.*

Quid, ergo (inquies) ſi Rex Subditos in prædam corripiat, tributa graviora & iniqua imperet, omnes denique ac ſingulos ſuperba dominatione premat, non erit ei reſiſtendum? Non profecto, ſi Chriſtum audire volumus, dicentem: b Ego vero dico vobis, ne reſiſtatis malo, &c. *Salvator noſter Rex Regum, Regumque filius tributum Cæſari, quamvis non teneretur, ne offenderet, dependit. Sic enim Petrum alloquitur:* c Reges terræ à quibus accipiunt tributa

a *Deut.* 32.35. b *Matth.* 5.39. c *Matth.* 17.25. *& ſeq.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

tributa aut cenſum? à filiis ſuis an ab alienis? Dicit ei Petrus, Ab alienis, Ait ei Ieſus, Nempe igitur liberi ſunt filii. Sed ne offendamus eos, &c.

Vnde eleganter Bernardus ad Henricum Archiepiſcopum Senonenſem: a Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: ſi omnis & veſtra: quis vos excipit ab univerſitate? ſi quis tentat excipere, conatur decipere. Nolite illorum acquieſcere conſiliis, qui cum ſint Chriſtiani, Chriſti tamen vel ſequi facta, vel obſequi dictis opprobrio ducunt. *Et paulo poſt:* Hæc iſti: ſed Chriſtus aliter juſſit & geſſit: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo: quod ore loquutus eſt, mox opere implere curavit: Conditor Cæſaris Cæſari non cunctatus eſt reddere cenſum. Exemplum enim dedit vobis, ut &

a *Bernard. ad Henric. Archiepiſc. Senon. epiſt.* 42.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

vos idem faciatis, &c. *Et infra:* Secularitatem contemnitis? ſed ſecularior nemo Pilato, cui Dominus adſtitit judicandus. Non haberes, inquit, in me poteſtatem, niſi tibi data eſſet deſuper. Iam tunc per ſe loquebatur, & in ſe experiebatur, quod poſt per Apoſtolos clamavit in Eccleſiis: Non eſt poteſtas niſi à Deo, & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.

Ante Bernardum Ambroſius: a Si tributum petit, non negamus. Agri Eccleſiæ ſolvunt tributum. Si agros deſiderat Imperator, poteſtatem habet vendicandorum. Nemo noſtrum intervenit. Poteſt pauperibus collatio populi redundare. Non faciant de agris invidiam, tollant eos ſi libitum eſt: Imperatori non dono, ſed non nego. *Et iterum:* b Convenior ipſe à comitibus & tribunis, ut Baſilicæ fieret matura traditio, dicentibus Imperatorem jure ſuo uti,

a *Ambroſ. epiſt.* 32. b *Ambroſ. epiſt.* 33

uti, eo quod in poteſtate ejus eſſent omnia. Reſpondi, ſi à me peteret, quod meum eſſet, id eſt, fundum meum, argentum meum, jus hujuſmodi meum, me non refragaturum, quamquam quæ mea ſunt eſſent pauperum.

Præclare Auguſtinus:a Quod autem ait, Ideoque neceſſitati ſubditi eſtote, ad hoc valet, ut intelligamus, quia neceſſe eſt propter hanc vitam ſubditos nos eſſe oportere, non reſiſtentes ſi quid illi auferre voluerint, in quo ſibi poteſtas data eſt de temporalibus rebus.

Quod ſi autem Regibus tributa iniqua exigentibus, aut res Subditorum ſuorum temporales auferentibus, Subditis ſine ſcelere non liceat reſiſtere: multo minus tributa juſta, & id genus alia, ad Reipubl. incolumitatem neceſſaria, cum ſua certa pernicie, & totius Reipubl. Chriſtianæ ſummo diſcrimine denegare.

a *Auguſt. expoſ. quar. propoſ. ex epiſt. ad Rom. propoſit. 74.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

gare. a *Lege Moſaica pœna capitis conſtituta fuit in eos, qui Magiſtratus imperium ſuperbe rejiciebant. Legibus etiam humanis non minus ſeverè in rebelles vindicari ſolet. Sed longe omnium ſeveriſsima eſt lex illa divina ab Apoſtolo promulgata :* b Itaque quiſquis reſiſtit Poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi condemnationem adferent.

Qui legitimum Magiſtratus imperium detrectant, utut forte hominum manus effugiant, Dei tamen non effugient; cujus providentiam nihil latet, potentia nihil reſiſtit, & à quo nullum ſcelus impune relinquitur. Scite Auguſtinus: c Nam cum de his terrenis Poteſtatibus Apoſtoli doctrina commemorat, ſenſibus noſtris cœleſtis judicii partes inſinuat. Nam cum docet ſeculi ſerviendum legibus, admonet neceſſario hominem futuris cavere temporibus: ſi vis, inquit, non

a *Deut.* 17.12. b *Rom.*13. c *Auguſt. de Temp.ſerm.* 238.

non timere Poteſtatem, quod bonum eſt fac: hoc eſt dicere: ſi vis futurum non timere judicium, declina à malo, & fac bonum. Ergo hanc primam conſtitutionis formam, quę ſeculi legibus caret, cavere debemus & vincere, ut poſſimus à nobis illud præjudicium perpetuæ mortis excludere, quia quos iſta temporalis non adfligit pœna, hos illa in æternum inſatiabili tormentorum perſequitur dolore.

a Hujus inter alia horrendum juſtitiæ divinæ habemus exemplum in Core, Dathan, & Abiron: de quibus eleganter Optatus Milevitanus ſcribens adverſus Donatiſtas, qui Magiſtratibus obtemperare (ut dixi) recuſabant: b Sciſma ſummum malum eſſe & vos negare minime poteritis. Et tamen Dathan & Abiron & Core perditos magiſtros veſtros ſine trepidatione eſtis imitati: nec ponere ante oculos

a *Num.* 16. b *Optat.lib.*1. *contr. Parmen.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

voluiſtis, hoc malum & verbis Dei eſſe prohibitum,& admiſſum graviter vindicatum. *Et paulo poſt :* Stabat miniſtrorum acies & multitudo ſacrilega cum interdictis ſacrificiis ſuis ilico peritura : negatum & ſubductum eſt pœnitentię tempus:quia non talis erat culpa , quæ veniam mereretur. Mandata eſt terræ fames: ſtatim fauces ſuas in populi diviſores aperuit, & contemptores mandatorum Dei avido ore abſorbuit. Intra momenti ſpatium ad tranſgluttiendos prædictos terra patuit, rapuit, clauſa eſt. Et ne beneficium de mortis compendio conſequi viderentur, dum non eſſent digni vivere, iis nec mori conceſſum eſt: tartareo carcere ſubito clauſi, ante ſunt ſepulti quam mortui.

a *Auguſtinus de eiſdem ſcribit in eundem ſenſum.Et iterum: b* Sequenti itidem die totus populus contra Moſen

a *Auguſt. de mirab. ſac. ſcript. cap.29.*
b *ibidem cap.30.*

Moſen & Aaron ut ſanguinis reos conſurrexit, eoſque in eorundem ultionem occidere voluit. Sed hic uterque Moſes & Aaron videlicet ad tabernaculum Dei diffugiunt, & iterum in rebelli populo cœleſtis flamma deſævit. Rurſumque Aaron, imperante Moſe, impleto altaris igne thuribulo foras in populum venit, & inter vivos & mortuos digredientis veſtigium vindicta non tranſivit. Recto in utroque moderamine effecto, ut, qui contra juſtos Principes iracundiæ igne intus exarſerãt, foris juſtiſſimæ vindictæ flamma conflagrarent. Et qui in corde proximorum culpas venialiter dimiſerat, ejus veſtigio defenſos ignis de cœlo miſſus urere non audebat. Illa autem die XIV millia ignis ille conſumpſerat.

a Quapropter (*ut monet & mandat Apoſtolus*) neceſſe eſt ſubjici, non ſolum propter iram, ſed etiam propter

a *Rom.* 13, 5.

pter conſcientiam. *a* Quoniam (*inquit Petrus*) ita eſt voluntas Dei, u[t] bene agendo, os obſtruatis amen[tium] hominum ignorantiæ: ut libe[ri] ri, ac non veluti malitiæ velame[n] habentes libertatem, ſed ut ſerv[i] Dei. *b* Quamquam enim (*ut Auguſtinus ait*) ad illud regnum vocamur, ubi nulla erit poteſtas hujuſmodi in hoc tamen itinere dum agimus, donec perveniamus ad illud ſeculũ, ubi fit evacuatio omnis Principatus & poteſtatis, conditionem noſtram pro ipſo rerum humanarum ordine toleremus, nihil ſimulate facientes, & in eo ipſo non tam hominibus quam Deo, qui hæc jubet, obtemperantes.

c Itaque qui vult vitam diligere, & videre dies bonos, coërceat linguam ſuam à malo, & labia ſua ne loquantur dolum: Declinet à ma-

lo,

a 1. *Pet.* 2. 15. b *Auguſtin. expoſit. quar. propoſ. epiſt. ad Rom. propoſ.* 72. c 1. *Pet.* 3. 10.

lo, & faciat bonum: quærat pacem & perſequatur eam. *a* Magiſtratus ne exſecrator: & principi in populo tuo ne maledicito. *b* Ne quidem in conſcientia tua Regi maledicito.

c Reverere Iehovam, fili mi, & Regem: cum variis ne commiſceto te: nam repente conſurget calamitas eorum. *d* Quicunque enim acceperint gladium, gladio peribunt.

---

a *Exod.* 22.18. b *Ecclef.* 10. *verſ.* 17. c *Proverb.* 24.21. d *Matth.* 26.52.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

INDEX CAPITVM.

CAP. I.

DE Regnorum cauſſa Finali Pag. 25.

CAP. II.

De Regnorum cauſſa Efficiente. 27.

CAP. III.

De Regnorum cauſſa Materiali. 40.

CAP. IV.

De Regnorum cauſſa Formali, & inde uſque ad finem libri. 41.

CAP. V.

De iure Regum in Subditos. 54.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

CAP. VI.
Quod Regum ſit de perſonis & cauſſis quibuſcunque, tam Eccleſiaſticis quam Civilibus ſtatuere. 67.
CAP. VII.
Quod Reges teneantur maxime in Eccleſiæ curam incumbere, & quod poteſtas Politica ſive Regalis longe maior ſit Eccleſiaſtica. 76.
CAP. VIII.
Idem oſtenditur ex rebus geſtis Conſtantini Magni Imp. 85.
CAP. IX.
Idem oſtenditur ex rebus geſtis Theodoſii Senioris Imp. 96.

X CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

CAP. X.

Idem oſtenditur ex rebus geſtis Theodoſii Iunioris Imp. 101.

CAP. XI.

Idem oſtenditur ex rebus geſtis Martiani Imp. 107.

CAP. XII.

Idem ex totius Eccleſiæ conſenſu oſtenditur. 112.

CAP. XIII.

Idem ex Sacris literis oſtenditur. 116.

CAP. XIV.

Diluuntur dubia quædam, quæ adverſus prædicta moventur. 122.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

C A P. XV.

Quod primi illi Epiſcopi Romani ſuam, adeoque Clericorum omnium erga Principes ſeculares obedientiam non minus in Eccleſiaſticis quam Civilibus agnoverunt. 128.

C A P. XVI.

De poteſtate Epiſcopi Romani in Principes ſeculares., 143

C A P. XVII.

Quod Papa ſit Antichriſtus: & poteſtas illa, quam in Principes ſeculares, & univerſam Eccleſiam uſurpat, ſit plane tyrannica & Antichriſtiana. 184.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

CAP. XVIII.

Quod Reges, aliique fideles iugum Tyrannidis Pontificiæ non immerito excuſſerint: & Papam, ac Papanos perſequi teneantur. 210.

CAP. XIX.

De Subditorum erga Reges officio. 215.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

895

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 D 26